
D. m.
17.





INSCRIPTIONES

PLENÆ DE OFFICIIS

QUAS

ADAM MOSCONI P. P.

PRAECLARIS HOMINIBUS

VARIATIM DICAVIT

IN OBSEQUII TESSERAM.



FULGINIÆ MDCCCXXV.
Ex Typografia Jo. Tomassini Imp. Episcop. et Publ.
Bis Repetita Editio.
Præsidium Facultate

Nec quaerit quid quoque index sub imagine dicat. Tib. I.

ILLMO . ET . RMO . DOMINO

D. JULIANO. MAMI

P. CAESENAT.

D. ET . AP. S. G.

EPISCOPO . CIVITATIS . PLEBIS

P. S. A. EID. S. S. IM. SVB.

SE . SVARVM . QVE

INSCRIPTIONVM

SYLLABAS

EX . HISTORICO - LATINO - LAPIDARIO . STYLO

ADAM . MOSCONI . P. P.

D. O. C.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D.

Cum mihi de præclarissimis virtutibus, & humanissimo, ac sapientissimo ingenio tuo constet, Præsul amplissime, ideo hunc ad te scriptum, marmoratis laudibus plenum dedico. Tu qui adeo subinde argute purgas, & eleganter judicas, qui neque melius, neque subtilius dici verba pro me potes; qui me de tua benevolentia persuasum facis, etiam, atque etiam te rogo, ut videas, quid compositiones istæ meæ sint. Ad te, de quo politissimæ eruditionis commentaria video, quæ veluti frutex odorissimus fragrat inenarrabilem quandam suavitatem; ad te, inquam, uti virum literatissimum, inscriptionum mearum indicem offero. Elogia plura scripsi clarissimis, eruditissimisque viris, siquidem non

soleo nec facile oblivisci, nec libenter dissimulare, si quod aliquando in me quisquam beneficium contulerit. Et licet, nec ego æmulus, aut imitator studiorum ipsorum sim, solent tamen minuti quidam, & pusilli famam quoque libenter magistrorum suorum laudare. Reipsa quid est quod honestius hominibus dignissimis istis retribuere possim? Quid melius hocce libello commenter? Quomodo accedar ad dignitatem, ad studia, ad labores istorum hominum? En ponderosum Epigrammatium, plenum omnium non modo actorum, sed etiam opinionum illorum. En quam multa ex ipsis egregia, quæ cursim, et breviter attingo. En quæ de illis tam libenter ubique predico. Profecto, est pondus in Patrum memoriam; idcirco in eos quid quid possum, officij, & liberalitatis confero. Equidem, is merito mihi vivere, atque frui anima videtur, qui studiis intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ, famam quærit. Porro, ambitiosæ, fucosæque amicitiæ sunt, virtutes in quodam splendore positæ, circumspectæque. Intelligat ergo quisque, me gloriæ illorum (si qua in humanis est) fore percupidum, & nomina sapientum, cum rebus gestis, literario hoc meo beneficio, ab oblivionis rubigine reddere exemptia. Quæ etsi satis magnum in eos benevolentiæ, ac observantiæ argumentum testentur, tamen ea magis ab animi tui probitate, ingeniique acumine, atque doctrinæ copia, considerantur, præ-

tioque habentur. Quod a me, communi commodo inservire studeo; tamen brevibus absolvetur, ne bonorum otio & abutar, & studiosis illudam. Igitur erit satius aliquam velut notam, inscriptionibus singulis, retexere; idque non amoris mediocris indicio.

Quamquam adhuc non contigit, ut te ullis officiis demererer, curabo tamen, sapientissime Antistes, ut intelligant aliquando homines, fuisse, etiam me, gloriæ, splendorisque tui studiosissimum. Vale.

Plagarii octavo Idus Januarii 1825.

Compositione una
multa de Cardin. Casellio
cum Gloria Praedicatur
A. P. P.

EMO . AC . RMO . DOMINO

KAROLO . FRANC. CARD. CASELLIO

EX . INCLITA . SERVORVM . B. M· V. FAMILIA

SAPIENTISSIMO . PII . VII. P. O. M. IVDICIO

IN . SACRVM . PVRPVRATOR. PATRVM . CONLEGIVM
COOPTATO

ET . ABBATIS . S. JOANNIS . AB . EREMO

TITVLO . AC . DITIONE . DONATO

ADAM . MOSCONI . ACAD. AVGVSTVS

INTER . PP. AA. OLMENVS . EVBOEVS

PLEBIS . PLAGARII . PAROCHVS
VOTIS . POPVLI
IN . SPEM . ÆTERNÆ . FELICITATIS . EXCITATI

LVBENTER . ANNVENS

EJVS . SVOQVE . NOMINE

GRATVLATVR . ET . PLAVDIT.

Loci Incola, & Olmenus.

L. I. Dic Olmene precor, quando hæc tibi nota, quis ille,
Provida cui nostri est nunc data cura gregis?
Romano audivi fulgentem in murice, nomen
Sat novi, & veneror; caetera nosse juvat.
Olm. O vos felices, queis hic fausto omine Præsul
Contigit, alta Dei jussa sequente PIO!
Vota tui populi tandem CASELLIUS implet,
Quippe erit & doctor vester, & ipse pater.
Eximias totidem virtutes exerit ille,
Quot Divi, quorum vestibus induitur.
Testis SERVORUM toto celebratus in Orbe
Cœtus, eum sacro dum regit imperio.
Testis Roma obitos pro Religione labores
Dum mirans, solers suspicit ingenium.
Testis nuper adest triplices discreta per oras
Gallia pace potens, militiaque ferox;
Æternumque aderit, quoties sua templa videbit;
Clausa prius, vero nunc patuisse Deo,
Christiadumque suo cultum reddisse nitori,
Et servata iterum jura Sacerdotio.
His meritis, aliisque nitet CASELLIUS, hinc spes
Vestra erit, & vestrum præsidium, columen.
L. I. Cum spirant zephyri fugiunt ut nubila cœlo
Et nova forma solo vere tepente redit,
Sic cor mi exhilaras sermone, Olmene, suavi,
Et mentis tenebras gaudia discutiunt.
Nunc quæ magna Deo debetur gratia, mecum
Olmene in templum lætus & ipse veni.
Illic dum nostro fumant altaria thure,
Et peragis ritu sacra colenda pio,
Dum nostro resonat CASELLIUS ore, vocatus
Adsit, nec spernat cum prece vota DEUS.

Emus Aloysius Gazzoli
Omni Laude Cumulatus a Parochis suae Abb.

EMO . AC . RMO . PRINCIPI

ALOYSIO . GAZZOLO

PATRITIO . INTERAMNATI

S. R. E. CARD. AMPLISSIMO

ABBATIS . S. JOANNIS . AB . EREMO

TITVLO . AC . DITIONE . DONATO

ADAM . MOSCONI . ACAD. AVGVSTVS

INTER . PP. AA. OLMENVS . EVBOEVS

CVRIO . PLEBIS . PLAGARII

NOVO . AVCTVS . PATRONO

GRATVLATVR . ET . PLAVDIT.

RHYTHMUS.

Pastor, nec inter Arcadas
Euboea quotquot protulit
Vates, Poeta nobilis
Deferre vellem carmina
Tibi haud molesta Principi,
Sed grata, nec voracibus,
Quae poena culpae debita,
Male ustulanda flammulis.
Ausisse saepe at profuit,
Nec parva Reges respuunt,
Quae corde puro subditi
Temnenda quamvis offerunt.
Qui vincis ergo caeteros
Benignitate Principes
Noli haec dicata spernere
Malo a Poeta carmina.

ELEGIA.

Gazzole jure tuum nomen, laudesque sonabunt
Hoc nemus, hi Colles, Plagariique solum,
Cum nobis nunc dexter ades, nam novimus ipsi
Commoda Te populis quæ peperisse tuo
Imperio quondam subjectis fama per oras
Diversas loquitur, nomen & usque feret.
Dudum optata salus rediit si promptior ægris
Tiferni, atque jacent commodiore loco,
Tu succis, herbisque febres, morbosque fugasti
Aptasti & miseris grandius Hospitium.
Lata Peregrino ostentat cum strata viarum
Ancon, Flaminiam non stupet ille viam;
Tu decus illustri addebas hoc providus urbi
Plaudente, & Sexto gesta probante Pio.
Quid Centumcellas memorem, si Roma superbit
Cernere nunc mentis tot monumenta tuæ?
Plagario, Olmenoque aderunt felicia cuncta,
Tu modo præsenti Numine semper ades.
Atque aderunt certe expertis, nam contulit olim
Franciscus claræ gentis & ille tuæ;
Quem quoque nunc colimus, quem nunc lugere videres
Ni par doctrina, nec pietate minor
Nos regeret Præsul, quem tu quoque suspicis, annos
Pendentem sacræ dum legis Historiæ.
Ast ad te redeo nostri tutela, salusque
Princeps, usque tuo nos rege præsidio:
Sic modo quæ gestas sacri decora alta galeri
Excipiat major, quemque mereris honor.
Sic Pylios vivas annos, sic nomine tanto
Gaudeat Eoum litus, & Hesperiuum.
Hæc sunt Olmeni, fundit quæ pronus ad aras
Vota, hæc Plagarium jugiter ingeminat.

ADAMI MOSCONI

TERRAE PLAGARII PLEBANI

ALLOCVTIO

Ad Emum ac Rmum Cardinalem

ALOYSIUM GAZZOLI

ECCLESIÆ S. JOANNIS AB EREMO

COMMENDATARIUM

PATRONUM SUUM MERITISSIMUM

HABITA X. KAL. OCTOBRIS CIↃIↃCCCV.

Gratulationis caussa pro fausto, felicique ejus adventu intra Lares suae Abbatiae.

Gazzole, quem scandis montem; cui nomine Herilis

Est locus antiqua religione sacer.

Majorum cernes ibi tot monumenta tuorum,

Quos fama solus Tu superare queas.

EME PRINCEPS.

Quo primum tempore (Eme Princeps) accepi, Te in animum induxisse ad hoc Plagiarii Oppidum pervenire, pedemque tuum ad Ecclesiam Abbatialem S. Joannis ab Eremo Te velle intendere, excitandæ mihi fuere e somno litteræ ad eximiam quamdam in te observantiam, animique humilitatem ostendendam, ut ex hac ipsa cognosceres, quod nulla facta sit unquam, vel intermissio officii, vel mei erga te amoris relaxatio. Magnus enim ex tuo adventu ad mea pristina erga te studia cumulus accedit. Lectis itaque tuis Litteris amoris humanitatisque plenissimis, exilivi gaudio, cum significare mihi voluisti, quod tuum adventum in has Septembres ferias protrudebas. Hinc Patrocinio tuo ductus, ex humillimis o sequiis in te meis voluptatem capiens, natum est allocutionis hujusce argumentum. Et si mihi hoc natura non tribuisset, ut quem semel colere cœpissem, eum mihi colendum semper existimarem, tot, tantaque in Te congessit Deus optimus maximus ornamenta,

non modo fortunæ & gloriæ, quæ Tu humilitate quammaxima, in minimis ponenda semper duxisti, verum etiam virtutum omnium, ut Te non colere nullomodo possim. Pulchrum tibi fuit in decurionali Gazzoliorum Familia Interamnæ nasci, longe vero illustrius, quod in ea plurimos optimi Fratris filios numeres S. Romanæ Ecclesiæ Prælatos, qui quam gratissimi Romano Pontifici continuo existant, ipsamet testatur Familia permultis privilegiis decorata. Quo factum est etiam, ut clarissimi Romanæ curiæ Principes, Cardinales, ac Proceres, si quando aut visendi vetusta Interamnatium monumenta, aut obeundi alicujus officii causa illuc mittantur, domum tuam frequentent, in ea cognationis, & propinquitatis juribus fruituri. Quid autem de tua pueritia, & adolescentia dicam? id unum satis erit affirmare, quod omnes fatentur, quod nempe ea omnia quæ plerisque in viridi illa ætate ad voluptates incitamenta esse soleant, tu eadem feceris usque ab adolescentia instrumenta virtutum.

Quo tempore, qui tuum humanioribus litteris informabant animum, nec Polybio invidisse credam qui Scipione discipulo maxime gloriabatur; nec Aristotelem in hoc genere lætitiæ sibi proponebant, cui Alexander Macedo erudiendus contigerat: neque Afrum Lelii familiaritate gloriantem: hac Te honestate vitæ, & morum candore prædito feliciores se putabant,

qui tunc temporis vitam cum summo oblectamento tecum degerent. Aetate major factus, præmiis cupiditas incenditur colendæ virtutis; Et cum præclaris naturæ dotibus insignis, ad maxima quæque natus videreris, tum in obeundis legationibus, & inter Personas sublimes ultro citroque ferendis responsis, admiranda eras dexteritate, Pontifex Pius VI, ingenio tuo, ac moribus captus te ad plures civitates Legatum mittendum duxit.

Jam vero, quæ tua fuerit in exequendis Principis negociis sollicitudo, & adversus Deum pietas, testantur studia, labores, vigiliæ, quamplurimis in Pontificiæ ditionis Locis, quibus intellectum multiplici scientiæ dono præditum facile reddidisti. Singularem te præbuisti Provinciis, quibus Apostolica auctoritate præfuisti. Extant hujus rei permulta exempla, omnium admiratione potius, quam unanimi applausu, in utramque partem nota. Tifernatibus fuisti mire beneficus, nec ulla Tibi cura potior, quam miseros, & calamitosos opibus sublevare. Quanto autem charitatis studio in egentes illos miserrimosque homines conflagrares, facile assidua tua ad Xenodochium accessio, & ad Domesticos adhortatio declaraverat, qua semper eos excitabas, ne unquam de pauperibus benemerendi studium intermitterent. Præter publica egentibus a te constituta Hospitia, quæ tuis admodum beneficiis clara sunt, quemvis miserum

sublevabas, & alios inter tuos non paucos habebas, qui huic tantum uni Charitatis officio assidue incumbebant. Cum autem magna cura ventrem moriturae carnis terreno satiare pane invigilabas, tum longe majori victuram in perpetuum mentem divini Verbi pabulo reficere nunquam cessabas. Porro nihil de tuo studio remisisti dum Anconam translatus gloriæ serviebas Pii Papæ VI. Principis optimi, atque humanissimi, qui Peregrino Flaminiam latam voluit viam! Quo munere ea dexteritate, industria, & comitate perfunctus, ut quot præclara Anconæ civitas numerat incolas, totidem multa te benevolentia & studio complecterentur.

At summo in labore essem, planeque deficerem, si quæ tu longo annorum cursu de te præbueris testimonia, hac una narratione brevi perstringere conarer. Illud autem dissimulare non possum, quam accurate ingenii tui acumen cum Christianæ Religionis pietate semper conjunxeris. Quæ vera bona præclara & plane divina, non quia tua, (nihil enim boni homini tribuendum est, sed soli Deo fonti omnium bonorum) hæc inquam non quia tua, sed quia tibi divino beneficio donata, gloriam tuam exornant, genus illustrant, tibique spem afferunt, fore ut his quasi gradibus eo ascendas, ubi tua dignitas augeatur. Volo tibi Deum hunc honorem fortunare.

Et re quidem vera, Romam revocatus, post

emensos in sacra Curia labores perplurimos, Pius VII. amantissimus Pater, tuis virtutibus mirifice delectatus, in sacrum Purpuratorum Collegium te cooptavit, ubi usque ad hunc diem, ad sacra munia obeunda, officii plenum in omnibus te ostendis. Nec sine laude. Quare apud Principem honoratior fuisti, cum ejus gratia de monasterio Abbatiæ S. Joannis ab Eremo, nuncupatæ montis Herilis, te providere voluit, ut statum tuum juxta Cardinalatus sublimitatem, & splendorem facilius valeas perferre. Dum mihi de honore tanto gratulor, de monasterio hoc aliqua tibi breviter perantiqua instituta narrare operæ pretium duco. Et ut eruditioni tuæ serviam Epytomen antiquorum Patronorum non erit abs re paulo fusius explicare.

Est Locus ripis Nestori flumini finitimus in quo præ hominibus, belluæ infinita multitudine pollent, & passim per devexi montis latera pascuntur. Hoc habitaculum ad duo circiter milliaria a nostris remotum est. Primitiæ itaque operum antiquorum Plagarensium ævo antiquiore fuere, cœnobii Ordinis Cluniacensis in Eremo extructi propriis latifundiis patrimonium, pro certis legatis ejus Ecclesiæ relictis augere. Opera illorum, & benignitate nunquam infœcunda, cellulas quasi quinque (uti vestigia indigitant) construxere Eremitæ, quæ postea structuris auctæ, & donis, atque muneribus cumulatæ, in solitariæ pietatis domicilia

excrevere. Collatione facta inter eos, ad meridiem loci illius, alteram Sancti Præcursoris nomini dicatam ædiculam statuere. Tertiam Hyernæ satis parvulam Ecclesiam, Sancto Martyri, & Episcopo Donato sacram construxere, ubi animarum curam nunc exercente altero Parocho vigilantissimo, precibus Locum populi frequentant. Ad Eremum Camaldulensem perveniebant sedulo Plagarenses: ibidem degentium mores, vitamque contemplantes, cœnobiticam, & solitariam vitam tutiorem existimabant. A multis etiam Hyernæ incolis pietatis cultoribus peramanter excepti erant illi Sancti Benedicti Sectatores, cumque locus ibidem, pro uno vel binis Monacis mirifice illis arrideret, constructo brevi quodam ad Nestoris tramites domicilio, cum armario turris forti, sedem illi fixerunt, ubi rivuli collecta aquarum vi crescere videntur, tractisque secum arboribus, atque petrarum scopulis structuras alvei, finitimosque agros funditus evertunt. Interea haud segniter Religiosæ vitæ studiis incumbentibus, fama probitatis eorum, per loca viciniora sensim se se diffudit.

Verum cum anno 1469. lege fuerit sancitum a Rege Gallorum, ut omnes ejus Regni populares ad pristinos Lares redirent, Monachi præfati, qui ex Gallica natione erant, abiere. Et cum memorati Monasterii provisio, juxta Lateranensis Statuta Concilii, aliasque Canonicas

sanctiones ad Sedem Apostolicam legitime devoluta existeret, exinde factum fuit, ut Xistus IV. felicis recordationis Pontifex anno 1471., monasterium aboleverit, & loco Monachorum, seu Eremitarum, Parochiis Monasterio propinquis Sacerdotes Sæculares dedit, nec non Monasterium ipsum ejusque redditus in id Sacerdotii genus quod Commendæ nomen obtinuit, erexerit.

Primus igitur Abbatiæ Commendatarius fuit Emus Cardinalis e Ruvere, prædicti Pontificis Xisti IV. ex fratre filius. Illi successit Trana Cupis Hosimorum antistes, qui omnia ædificia Monasterii missa faciens, applicari hic architectas manus, ad domum Abbatiæ designandam, construendamque imperavit. Eidem successit Joannes Dominicus Farnesius, quo tempore visitavit Ecclesias prædictas in Eremo (tunc Diœcesis Clusinæ) Rmus Paulus Maria de Ruvere Episcopus Calliensis, & Provinciarum Umbriæ, & Patrimonii visitator Apostolicus, idque factum fuit anno Domini 1572. die 17. Aprilis. E corporis ergastulo solutus Farnesius, Patronatum habuere Ludovisius, Matthejus, Alexander e Paulo. Debito naturæ ab hoc ultimo persoluto, titulo, ac ditione Abbatiæ successive donati fuere Cardinales Barberinus, Columna, Carpineus. Anno vero 1680. S. Purpuream tesseram accepit sub eodem titulo Cardinalis Angelus alter Carpineus. Exinde factum fuit, ut anno 1721. regnante Innocentio XIII., ex Familia de

Comitibus, ejus fratris filius Abbatiæ administrationem acceperit. Rursus anno 1752. septimo ante Kalendas Martias die, Commendatario nempe Innocentio Conti, vita functo, eodem ipso anno Benedictus XIV. Commendam dedit Emo Sacripanti. Iste Abbatiam resignavit favore Principis Innocentii pariter de Comitibus, post cujus funus, beneficentia Pontificum successorum, donum habuit per multos annos ipsamet Excellentissima Domus de Comitibus, donec anno 1794. XII. ante Kal. Septembris Abbatis nomenclaturam accepit Emus Cardinalis Joannes Rinuccinius Florentinus, qui fato comuni mortalium cessit, sexto kal. Decembris 1802., quarto nonas quintiles ejusdem anni. Huic successit Emus Carolus Franciscus Caselli, ex inclita Servorum familia. Casellio tandem, ad Parmensem Episcopatum evecto, quod tua magnitudine fruamur pro amplissima meritorum tuorum dignitate hac Abbatia Tibi collata Kalendis Septembris nuper elapsi anni 1804. Pio VII. devincti sumus. (*)

Fuit magna omnium gratulatione tuum nomen exceptum, ac celebratum. Votis precibus-

(*) Pro morte sequuta Emi Card. Gazzoli die 30. Junii 1809, possessionem habere voluit Gubernium Gallicum. Die vero 16. martii 1816. de hac ipsa Abbatia provisus fuit Emus D. Julius Gabrielli qui morte oppetiit die 26. Septembris 1822. Interim, Emus Franciscus Falsacappa, qui, eo ipso tempore, Episcopus Anconitanus electus, Abbatiæ prædictæ Donum habuit Emus Car. Franciscus Serlupi qui possessionem adeptus fuit die 9. mensis Maii 1823.

que populi hujus, ex animi sententia rite persolutis, pro hac fortunatissima tui electione mei erga te amoris testandi desiderium excrevit.

Tantum siquidem expectare a te facilitatis, ac mansuetudinis possumus, ut sis in nostris rationibus munitor, & in negotiis nostræ Reipublicæ firmior. Nunc autem longe magis gaudemus cum tanti Patroni conspectu alloquio tuo benignissimo frui datum est. Favete honori ergo o Gentes, pro felici, faustoque adventu magni Principis. Iste nobis obtigit, cujus est amplissima fortuna, auctoritas, & gratia.

Nos quidem, te auspice, eam quæ deesse poterat gloriam sumus consecuti, & hoc quod fatemur tuum esse munus, ultimum nostri honoris argumentum ostentat. Hæc debemus Patrono nostro, quod tam eximium munus nactus parentum hujus loci omnium, & vota litteratorum impleverit.

Hisce argumentis in tui obsequium jam raptus, tenuis ille ego conditionis, meæque domus angustiis, atque latebris assuetus, hanc mihi suasi fiduciam compellandi humanitatem tuam, virum videlicet generosum, quem tam blandis oculis intuita sit natura, ut majorem suis natalibus fecerit, secundum nemini, sibi ipsi tantum æqualem: quem Religio pariter ac virtus educandum susceperint, & mutuis foventes amplexibus, a teneris usque unguiculis enutrierint. Quem deinde Pius VII. sagacis-

simus ingeniorum, meritorumque æstimator in arcana Sanctitatis suæ negocia adsciverit, & amore complexus fuerit adeo singulari, & eximio, ut in Sacris Congregationibus Romæ judiciali Charactere insignitum, cum in apicem evexerit, qui par esset meritis, & suæ benevolentiæ pignus, & argumentum.

Arduam sane (ut ajebam) provinciam assumerem, si excelsas tui animi dotes, si tui ingenii, tuæque pietatis ornamenta, brevi licet verborum apparatu, referre mihi in mentem obveniret. Siquidem ad amplissimam Panegyrim descenderet paulatim narratio. Tunc autem mihi concelebrandos offerrent tam bene de virtute emeritos tui fratris Filios, quorum alterum in forensibus, ac civilibus negociis eruditum *Fabriani* Cives in Præsidem habent, alter, ad sacra Episcopalia obeunda munia dicatus *Ameriae* nuper, nunc Tuderti religiosæ pietatis singulare decus undequaque elucescit. Hæc vero commemorasse satis sit, cum laudanda ut par est nec meum postulat officium, nec mea intendit oratio. Narratiunculam habeo, non Historiam, & famulum me tibi exibeo, non laudatorem.

Mecum abunde actum persuadeo, si in grati animi signum hæc vel uno intuitu respicias, nec oculos avertas. Sic mea observantia tuis auspiciis, meum munus tua benevolentia gloriabitur. Stat pro pignore tua humanitas, quæ tibi nimium irasceretur, si quem sineres, abire a te nullo beneficio affectum.

Dum salvebis a me, meoque Populo, vive diu Eme, ac Rme Princeps.

Plausus excitati Populi Plagarensis ad Emum Patronum.

D. O. M.

PLAUDE . HONORI

PLAGARIVM

PVRPVRATI . IN . ADVENTV . PRINCIPIS

VOSQVE . ÆDILITATEM . QVI . GERITIS . OMNES

ACCEDITE . SVPPLICES . AD . PATRONI . AMOREM

NIL . OPTATIVS . NIL . PRÆCLARIVS

VOBIS . ACCIDIT . VNQVAM

COLLIGITE . ERGO . CLEMENTIAM

EXHAVRITE . MANDATA

NECESSITVDINI . INTERCEDITE

VESTRO . NVNC . BENEFICIO . DEVINCITE . ANIMVM

HÆC

IVCVNDA . VESTRÆ . PUBLICÆ . EXULTATIONIS . DIE

TESTIMONIA . SVNTO.

Eidem Purpurato Principi.

D. O. M.

EMO . AC . RMO . PRINCIPI

ALOYSIO . GAZZOLO

PATRITIO . INTERAMNATI

VIRO . CLARISSIMO . SPECTATISSIMO

MAXIMEQVE . PROBATO

ITINERA . JVSTA . FACIENTI

CAVSA . IVVANDI

CONSILIO . OPERA . ET . GRATIA

TEMPLA . SVÆ . ABBATIÆ

PLAGARENSES

PRO . FAVSTO . LIBERALI

PATRONI . ADVENTV

POSTERIS . MONVMENTVM

A. MDCCCV.

Arae fociq.
Abbatiae Plagari.

D. O. M.

DOMVS . HAEC . ABBATIALIS
MIRIFICIS . MVNITA . MOLIBVS . AB . EMO
DE . TRANA . CVPIS . COMMENDATARIO
SANCTI . JOANNIS . AB . EREMO .. SECVNDO
NVPER . A . MORETTIO . EMPHITEVTA
QVI . ET . IN . PRÆDIIS . MAGNIFICENTISSIMO
PERFVNCTVS . EST . MVNERE . CVLTVRAE
RESTAVRATA . AC . POLITA . ARTIS . COLORIBVS
OPT. PATRONO . SVO . PARAT . HABITACVLVM
EMO . COMMEND. GAZZOLO . BENEFICENTISS.
HOC . OFFICII . PLENVM . MONVMENTVM
A. M. P. P. D. S. EX . V. P.

Ad funerum solemnia
Francisci Mariottini Perusini
Inscriptio.

D. O. M.

FRANCISCVS . MARIOTTINI

PATRIA . PERVSINVS . VIR . ELEGANTIS . INGENI

IN . ALMA . PERVSINA . VNIVERSITATE . PVBLICVS . JVRIS . CANONICI . PROFESSOR . MVLTA . QVÆRENDO . ET . DISPVTANDO . JVRIS . CIVILIS . PROFESSORIBVS . ERVDIMENTA . MONSTRAVIT . SCRIPSIT . SVPER . TOTO · CORPORE JVRIS . OPTIMAS . GLOSSAS . IN . DECRETALIVM PRIMVM . ATQVE . SECVNDVM . EXPLANATIONES . VERSATISSIMVS . OLIM . MACERATENSIS ROTÆ . PRÆFECTVS · AC . SVPREMI . MAGISTRATVS . ASSESSOR . OMNIBVS . FERE . CVRIÆ PERVSINÆ . TRIBVNALIBVS . JVDICANDIS . DIRIMENDISQVE . SVMMA . CVM . LAVDE . LITIBVS . PRÆFVIT . VIR . CHARITATE . PROBVS MORIBVS . ATQVE . FIDE . LEGISTARVM . COLLEGIO . ADDICTVS . EIVSDEMQVE . DECANVS MERITO . ANNO . cIↄIↄcccI . RENVNCIATVS . ADAM . MOSCONI . GRATI . ANIMI . MONVMENTVM · PRÆCEPTORI . SVO . OPTIMO . P. OBIIT PRID. NON. DECEMBRIS . ANNO . cIↄIↄcccIII. . ÆTATIS . SVÆ . LXIX.

J. B. Lucianus miles emeritus,
qui stipendia confecit,
ad ejus conditorium
Inscriptio.

D. O. M.

IOANNES . BAPTISTA . LVCIANIVS
DECVRIO . EMERITVS
MILITARIBVS . OFFICIIS
NITIDE . FVNCTVS
INTER . SVORVM . LACRYMAS
ANTE . AEVVM . E . VIVIS . ERIPITVR
ANNO . AETATIS . SVAE . XXXIX
A. V. P. clɔ Iɔ cc Ic.
SITVS . IN . HAC . AEDICVLA . MAIORE
REDITVM . EXPECTAT . AD . VITAM
SEPVLCHRI . MONVMENTO . AB . AMICO
DONATVS
AVE . ET . VALE . IN . PACE.

Super Tumulum
Hannibalis Mariotti Perusini
Laudatio .

I . X . O . Y . Σ

HANNIBALI MARIOTTI

PHILOSOPHO . ET . MEDICO . THEORETICO . PRAESTANTISSIMO . IN . GYMNASIO PERVSINO . MEDICAMENTORVM . SIMPLICIVM . PROFESSORI . IN . QVO . ARS . TOTA . HIPPOCRATICA . PRAENVNTIANDI . IN AEGROTIS . VARIOS . MORBORVM . EVENTVS . CVM . EX . VETERVM . MEDICORVM PLACITIS . TVM . EX . DIVTVRNA . ACCVRATAQVE . OBSERVATIONE . NOVA . METHODO . ELVXIT . INSIGNI . FACVNDIA MVSIS . QVA . LATINIS . QVA . ETRVSCIS APPRIME . CHARO . AD . OMNIA . EGREGIA . AEQVE . NATO . SVMMIS . IN . REPVBLICA . LITERARIA . HONORIBVS . CVLTVQVE . A . DOCTIS . VBIQVE . ET . IN OMNI . STVDIORVM . GENERE . DECORATO . CIVES . SVI . MORTEM . EIVS . DOLENTES . EAMQVE . PVLCHRAM . PERENNITATI . DATVRI .

PP.

DECESSIT . ANNO . AETATIS . SVÆ . LXIII .
P. C. N. clↄ. Iↄ. cccI.

Ad peroptatum reditum
PII P. VII. e Gallis
Gratulatoria Monumenta.

D. O. M.

PIO PAPAE VII.

E . GALLIIS . AB . AVGVSTISS. ARCIPOTENTATIBVS IMPERATORIBVS
GEORGIO . III. ALEXAN. I. FRANCISCO I.
ANGLIÆ . RVSSIÆ . AVSTRIÆQVE . AC . BORVSSIÆ . PRINCIPIBVS
DENVO . ROMAM . ARCESSITO
EX . CAPTIVITATE . QVATRIENNIO . CONFECTA
INCOLVMI . SERVATO
FESTIVISSIME . A . POPVLIS . OMNIBVS
RECEPTO .
TOTVM . IN . SE . STATVS . SVI . INTEGRI
ONVS . RECLINANTI
ASPIRAMINA . FORMÆ . ASSECLIS . SVIS
COMITANTIBVS
IN . PALATIO . QVIRINALI . INGRESSO
A . M . P . P .
DVM . RECREATVS . GLORIA . STAT
PATRI . AMANTISSIMO . AC . PRINCIPI
SACRATISSIMO
D. P. S. D.
D. L. C.

D. O. M.

PIVS . VII. P. M.

IAM . V . TEMPORIS

ELAPSI . QVATRIENNII

INFORTVNIO . MACTATVS

BENEVOLENTIA

NVNC . EVROPAE . PRINCIPVM

COMPLEXVS

AD . CASVM . FORTVNAM . QVE . FELIX

REDIT . AD . EVM . SVMMA

IMPERII

M. P.

P. G. A.

V. P. S.

D. O. M.

PIVS . VII. PONT. MAX.

FORTIS . ET . CONSTANS

QVI

PRAESENTIA . MALA

SENTIT . ET . PERFERT

ATQVE

ITA . PERFERT . VT . ETIAM . SI

DVRATVRA . VIDERIT

CONTEMNAT

ATHLETICE . PVGNAVIT

ET

OMNIA . VINCIT

D. O. M.

NIHIL . VIRTVTE . ANIMI : SVI . PRÆCLARIVS

NVLLA . PRORSVS . ENITET

NVLLA . PACIS . ET . VOLVPTATIS

MAIOR . OPIFEX

FORTITVDO . SVA

INGENVA . CERTE . ILLA

ET . ABSOLVTA

SOLA . ISTE . HAEC . COMINVS

IT . OBVIAM . INIMICIS

ET

INNECTIT . FORTVNAE . VINCVLA .

D. O. M.

REDIIT . FILIIS . TANDEM

SACRORVM . PATER

AFFLICTIS . SPES . VNICA . REBVS
EVROPAE

IN . TANTO . REGVM . POPVLORVMQVE

TVMVLTV

CLEMENS . MVNIFICVS . IVSTVS . PIVS

. HINC . SIBI . LVCEM

INGENVAE . QVAECVMQVE . ARTES

ET . PRAEMIA . SPERENT

SIC . IANI . POSTES . FERRATOS . CLAVDERE

LONGA . PACE . QVEAT

BELLI . QVE . SEMEL . COMPONERE
MOTVS

SIC . COELVM . ITALIÆ . DIV . ALIQVANDO

SERENET .

Ad Parentalia Peragenda

Rm̃i D. D. Philippi Becchetti

Civitatis Plebis Antistitis

Vita Functi

Hae sunt Inscriptiones Positae.

I.

Ecclesiae extrinsecus .

☧

D. O. M.

PHILIPPO . ANG. BECCHETTI

PASTORI . VIGILANTISSIMO

CLERI . BENEVOLO

CVI

BENIGNE . QUAM . POTVIT . FECIT.

OMNES . IN . HAC . DIVINA . DOMO

INGREDIENTES

HABITATORES . EXTERIQVE

ORATE . DEVM

OPTATA . ANIMAE . OFFERAT .

II.

Ad parietes Maj. Templi .

ANNO . DOMINI . cIↄIↄcccxiiii. ix. KAL. SEPT.

MEMORIAE

PHILIPPI . BECCHETTI

CIVITATIS . PLEBIS . PRAESVLIS . OPTIMI

SACRIQVE

QVI . NIL . DOCTIVS . ERVDITIVSQVE

NVNC . PLEBENSIVM . VIDENT . PENATI

IMPRESSOS . DIGITIS . PATRIIS

GENS . SACRA . SVA

D. P. S.

E. C.

III.

HVIC . GREGI . COMMISSVM
PROH . DOLOR
RAPVIT . IMPROBA . MORS
VOS
CAPITA . MVLTITVDINIS
FVNERVM . SOLEMNIA . CELEBRATE
CLANGITE . VLVLANTIBVS . TVBIS
ET
ROGATV . VESTRO . BENE . ERIT . FELIX .

IV.

Ad latera Basis Obelisci.



ORNATVS . TITVLIS . FASCIBVSQVE

DOCTRINA . SVA

BONONIENSEM . BEAVIT . VRBEM

OBIIT . AN . MDCCCXIIII.

AET. SVAE . LXXIII.

V.

QVI . PVLCHERRIMVS . ERAT . OCVLIS
VBI . FORMA . PRAETERIIT
NVNC . VT . PATER . A . FILIIS . HONORATVR
ET . AB . AMICIS .

VI.

Incidenda in pavimento Aedis Cathedralis .

HIC . BECCHETTIANÆ . PROBITAS . ORNATISSIMA
GENTIS (1)
PHILIPPVS . CVI . VERVS . AMOR . CVI
PECTORE . VIRTVS
SVMMA . SEDET . MEDIO
VETERVM . QVI . MENTE . SOPHORVM . DOGMATA
PERPENDIT . CLARO . NITET
ORE MAGISTER (2)
CVNCTORVM . QVIDQVID . DESIGNAT
ET . INGENIOSI . COMMENTI . QVIDQVID . FABER
INCLYTVS . EDIDIT
ATQVE . DVLCIA . DIVINI . MEMORAT
PRÆCEPTA . PLATONIS.

(1) *Alludesi alla probità dei defonti Fratelli, e Cognata di Monsig. Becchetti, sepolti nella Chiesa de' Padri di S. Agostino di Città della Pieve .*

(2) *Si riferisce all' Opera intitolata la Filosofia degli antichi Popoli, ed ai Commenti fatti alla Storia dell' Orsi. Si commenda la virtù scientifica del detto Prelato e la sua ubbidienza e pentimento dopo il ritorno del Pontefice Pio VII. in Roma.*

VII.

Ad quatuor latera ipsius Obelisci.

ITAQVE . EST . ORCO . TRADITVS . BECCHETTI
QVI
VT . HOMINES . AD . PARENDVM . NON . MODO . LEGIBVS
SED . ETIAM . RELIGIONE . CONSTRINGERET
SVPERIOR . . ERAT . PROH ! DOLOR
AT . DELIBERATA . MORTE . FEROCIOR
EO . QVOD . VERAX . ATQVE . PLACIDVS
NEC . IVRIS . ET . ÆQVI . OBLIVISCITVR
SED . IVSTA . ET . MANSVETA . CONSILIA
NOVIT . IVBET . ERGO . RELIGIO
VT . MAIORIBVS . MORTVIS . TVBA . CANATVR
ET . PALMÆ . PRETIVM . DETVR . VICTORIBVS
PALMAQVE . NOBILIS
TERRARVM . DOMINOS . EVEHIT
AD . DEOS .

VIII

SEVA . MORS

TV . PARVM . CASTIS . INIMICA

MITTIS . FVLMINA . LVCIS

AT

TRIVMPHVS . FVIT . TANTVM . TIBI

DE . VITA

NON . DE . BECCHETTI

NOMINE . (*)

(*) *Si allude ogni lode alla scienza, principalmente, del detto Prelato, ed all' amore che aveva per i suoi sudditi. Vedi l' Elogio funereo ne' Discorsi familiari* Vol. II.

IX.

ABNEPOS . SIT

ABNEPOTISQVE . FILIVS

QVI

VIRTVTE . SVA

SIMILIA . VESTIGIA . TANGAT .

X.

Ad Cathedram Episcopalem.



ANNO . cIↄIↄcccI. PRID . IDVS . SEPTEMB.
CONSTITVTIONES
SYNODI . DIOECESANÆ . HABVIT
VBI
BENE . SAPIENTERQVE
OMNIA . CONSTITVIT
ERAT . AVTEM . SACERDOTVM
AC . BENEFICIATORVM
IN . ALBIS . VESTIBVS . NON . MINVS . CHORVS
ET . CIVIVM . HONORATORVM . ORDO
PRÆCLARVS
SED
ET . POPVLI . SEQVENTIS . MAGNVS . NVMERVS
SACERDOTES . ILLI . CONVOCATI . CRVCEM
PRO . VEXILLO
FERENTES . ARGENTEAM
LITANIASQVE . CANENTES . PRO . SVA
SIMVL
ET . EORVM . PROPTER . QVAS . VENERANT
SALVTE . ÆTERNA
DOMINO . SVPPLICABANT
ACCENSIS . SVPER . CRVCEM . CEREIS
ATQVE . CEROFERALIBVS . DANT . VOCES
IN . CANTICIS . CIRCVMEVNT
VRBEM
CVM . VICIS.

Meritus debitus Illm̃o & Rm̃o D. Joan. Bapt. Lambruschinio Episc. Urbivetano.

D. O. M.

PRO . S. ET . AVSPICATO . REDITV
RM I. D. D. IOANNIS . BAPTISTÆ . LAMBRVSCHINI
OROPITINORVM . ANTISTITI
OPTIMI . SEDVLI . SOLLICITI
ERVDITISSIMI
QVI
LEGITIMO . OBSEQVENS
PRINCIPI
DVM
QVINQVENNIO . EXVLAVIT
PRO . RELIGIONE . CONSERTOR
AETERNOS . HONORES . SIBI
HAC . VICTORIA
PEPERIT
CVI
NVPER . SS. D. N. PIVS . VII
PONT. MAX.
ECCLESIAE . PLEBENSIS
ADMINISTRATIONIS
DEDIT . DECVS
PLAGARII . QVI . SACRIS . FACIVNDIS . PRÆST
TANTÆ . AC . HONESTÆ . VOLVNTATI
OBTEMPERANS
GRATVLATIONIS . C.
DE . P. S. D.
ANN. MDCCCXIIII.

D. O. M.

IOANNI. B. LAMBRVSCHINIO

VRBIVETANO . SACRORVM . PRÆSVLI

BONARVM . ARTIVM . SOSPITATORI

QVO . GRATO
CVI
NIHIL . EXACTIVS . ERVDITIVSQ.
EST
SED . NEC . CANDIDIVS . BENIGNIVSQ.
QVI
NEC . RONCHOS . METVIT

MALIGNORVM

NEC . MORTIS . FERVM

EVROPA . DVM . SVOS . VINCIT

TRIVMPHOS

DVM . AD . EPISCOPALEM . CATEDR.

SVI . REDDVNTVR . DIES
P. P.
MEMORIAM . AMPLISSIMIS

CONSECRAT. MONVMENTIS.

D. O. M.

IOANNES . B. LAMBRVSCHINIVS
VRBIS . VETERIS
ANTISTES
CLERI . SPECIMEN
SACRO . CIVILI . QVE . IVRI . DICVNDO
IVDEX . ET . VINDEX
QVI
INVADENTIVM . INGENTI . MVLTITVDINE
HOSTIVM
INSVLTVM . INIMICORVM . NIHIL . TREPIDANS
PELLITVR . IN . EXILIVM
PROH . DEVM
HEM . DETESTABILIS . LICET . ACTVS
CERTAMEN . FELIX
QVOD
RELIGIONI . SATIVS
DVM . RECVPERATIS . IMPERIIS
ECCLESIA . REFVLGET
SVA . GAVDENS . LIBERTATE
PLAGARENSIVM
SODALITAS . SACRA
VOTI . COMPOS
PASTORI . SVO
D. O. C.

D. O. M.

Officiosi, et peramantis Amici signum
Erga Familiam de Comitibus Baglioni Perusiæ

ALEXANDER . PERVSIÆ . DOMO . BAGLIONIA
PATRITIVS
AD . INCLITA . TECTA
PRÆCLARÆ . CATHARINÆ . COMITIBVS
DE . ODDIS
CONIVGIO . COPVLATVS
EVROPÆ
DVM . REGIBVS . INCESSIT . MAGOO . DISCORDIÆ . MOTV
CVM . GALLICA . ARMA . IRRVERENT . MINABVNDA
PARISIVM . DENVO . COMMEAVIT
PATRIÆ . COMMISSA . NEGOCIA . EXPEDITVRVS
VNVS ; ÆQVIDEM . MINERVÆ . AMICISSIMVS
VNVS . VERO . SAPIENS
QVI
AD . BONAS . ARTES . STVDIOSORVM . INGENIA
INVITAVERAT
ACVEBAT . IMPELLEBAT
AT
VIVIDA . MOX . VIRTVS . CRESCENTES . VICERAT . ANNOS
DENIQVE
ANCIPITI . MORBO . CRVCIATVS . OBIIT . FLORENTIÆ
ANN CIƆ. IƆ. CCC. XIV.
DVM . ÆTERNA . FAMA . MANET
ETRVSCI . SVÆ . CVSTODIVNT . EXVVIÆ
A. M. P.
O. H. P. S.

D. O. M.

Ad parvam Plateam Plagarii inscriptio.

HIC

LVDI . PVBBLICI . SVNT . CAVEA . CIRCOQVE
DIVISI
IN . QVO . POPVLVS . LVDOS . SPECTANS

LOCVM . IN . FORO . DAT . AMICIS

MVNICIBVS . TRIBVLIBVS . QVE
HIC
MOENIA . MVRI . QVE . NOVI . TRANQVILLITATIS . ET

OCII . ET . QVI . PILAM . RETORQVENT

IVDICIO . PERITÆ . MVLTITVDINIS . PENDENT
HIC
STELLA . VESPERTINIS . TEMPORIBVS . DELITESCENS

TVM . MATVTINIS . RVRSVM . SE . OPERIENS . OBSERVATVR

NEC . MEDIOCRE . TELVM . AD . RES . GERENDAS

EXISTIMARE . OPORTET . BENEVOLENTIA . CIVIVM

QVORVM . SOLLICITVDO . FESTIVIS . HESPEROS . STELLA

ALIQVID . TEMPORIS . APPARAT

AD . LVDVM . ÆTATIS

P. F. AN. P. V. P. M. D. CCCXIII. MENSE . SEXTILI.

D. O. M.

ERAT . HIC
PRAERVPTVS . LOCVS
ET . SVMMAE . ALTITVDINIS
AT . NVNC . STAT . MOLES . ABSCISSA
IN . PROFVNDVM
FREQVENTIB. EXASPERATA . SAXIS
QVÆ
ET . IMPLENT . VACVVM
ET . DE . INTEGRO . GRAVIVS
IMPELLVNT.

Ad Episcopum Carenzi
faustitas officii, cum locutione.

D. O. M.

CARENTIO . NOVO . PLEBENSIVM . ANTIST .
VIRO . PRVDENTIA . ET . INNOCENTIA . CLARO
IVSTITIÆ . PACISQ. COMPACTILI
INTEGERRIMO . CONCINNO . NITIDO
QVI . SANCTIS . ET . DOCTIS . LABORIBVS
BENEVOLENTIAM . PII . PAPÆ . VII.
OPTIMI . PRINCIPIS
SIBI . PRIVS . COMPARAVERAT
QVI . SANCTISSIMVS
DE . EGREGIO . PASTORE . TANTO
HANC · PROVIDIT . ECCLESIAM
POPVLVS . DVM . CONDECORE
IPSVM . RECIPIT
MYNISTERIO . INIENTE
COMPLODIT . ET . COMPRECATVR
AMICIQVE . OMNES
QVI . EIVS . INDOLEM . DVDVM
PERSPECTAM . HABENT
* P. T. R. I. H. M. ET . G.
P. S.

(*) *Pro tantis rebus, ipsius honoris memoriæ & gloriæ ponere statuit.*

PLAUSUS.

Post quam Literæ tuæ, Pastor Sacer, jucundissimum Reipublicæ nostræ nuntium attulere, Te Sanctissimum Pontificem Pium VII. Principem amantissimum, celeberrimum, & fortissimum, admirabili providentia, elegisse Ecclesiæ hujus Plebensis Antistitem, Senatus, & universa Civitas nostra, congratulatum tibi misit, & magnitudinem gaudii sui, quod pro tanta re merito concepit, demonstravit. Etenim, nihil tam amplum, tam gloriosum dignitati tuæ potuit contingere, quod sibi quoque, pro sua in te observantia, fide, benevolentia, comune non putet. Et certe hoc latissimo providentiæ consilio, tam comuni bono sic afficitur Plebs nostra; ut sollicita sit admodum lætitiam incredibilem suam oratione tibi exprimere. Quamquam enim, Antistes gloriosissime, nihil est fere quod vel a natura, vel a virtute, vel a fortuna sit expetendum, quin cumulatissime consecutum esse videaris Religionis tuæ institutis, quæ nomen tuum æternitati commendare possint: hinc autem beneficio nostro fructum omnis anteactæ vitæ tuæ maximum, hic compleveris.

Multa certe sunt Majorum tuorum minoritico Ordine monumenta, quorum narratio, neque loci, neque temporis hujus est. Sed omnia ea vel per se magna sunt, & immortali memoria digna. Tu autem uti Filio Seraphici Patris,

ad munia tanta predicationis Infidelibus ex partibus, ex mandato Sacræ Congregationis propagandæ Fidei promoto, saluti animarum multum *in Magno Moldaviae Principatu* contulisti: quemadmodum nunc curam pubblicæ salutis retinere curaberis ad mortem usque: ratus id quod est Pastoris munia esse boni.

Sola in te repugnabat humilitas, quæ constantissime summum illud honoris fastigium respuebat, hæc tui ordinis lapis primarius, ac fundamentum, in fundamento Sanctæ humilitatis virtutum omnium fabricam ab ipso principio studuisti colere: cum enim Beato Francisco obedientiam sancte promisisses, a promisso nullatenus deviasti. Congratulatur ergo secum sibi non Respublica modo nostra, sed Christianus orbis universus, quod operarium sibi Evangelicum habere contigerit.

Rara est visenda felicitas tua, Antistes meritissime. Nihil enim facilius apud te est, quam fuga voluptatum, & otii; quas virtutes in te commendantur nonnisi, & Paternum affectum, quo nihil esse constat in pastore potentius, nihil tam legitimum, tam admirandum. Tum vero longe etiam magis quam antea vigil ad curam factus, & suavis ad mores, sedulo in primis, pauperibus, pupillis, viduis, subveneris. Magna laboris instantia in eam incumbes curam, ut Ecclesiæ jura tueantur, et si quam alii sibi præter ejus fasque vendicarant, ab injustis possessoribus, ablata Ecclesiæ restituantur.

Nec tamen indulgentiæ nomen habet probitas tua, sed juris, & æquitatis. Quis enim est genere tuo clarior? Quem res adversæ magis exercuere? Quis prosperis, & secundis minus intumuit? Quis in utraque fortuna constantior? In labore pertinax? In remissione diligens, & præcinctus? Mitto in Parrochia SS. Apostolorum Romæ exercitas virtutes, quæ ut in te præstabiles, et eximiæ, ita nec temporum sunt hominum, nec locorum. Attingantur pacis artes quæ semper, et ubique sunt usui, sapientia temperantia, placabilitas, innocentia, religio, frugalitas. Hæ in te uno, tum præclaræ, tum eminentes esse peribentur, ut ne quidem majora desiderare posse videantur.

Enitent, ac prælucent in uno te virtutes omnes, justitia, liberalitas, animi magnitudo, clementia, placabilitas, abstinentia voluptatum omnium: et ut complectar uno verbo multa, quam immaturum ævi te adhuc cernimus, tam maturum regimini Ecclesiæ te cognoscimus. Omnia certe tuo vultu illo familiari poteris; humanitatique tuæ constabis. Pervidit hanc indolis tuæ altitudinem Sanctissimus Pontifex, experientissimus meriti judex, ut nihil prius habere videretur Pastor gregis hujus sui. Rem profecto, et te dignam, et in qua laudem tuo nomini haud immerito amplam semper conciliasti.

Hactenus rudimenta virtutis, et fortitudi-

nis tuæ diximus. Quid illa quæ nunc agis tam affabiliora? quam mira? Non plus amat fortuna, quos indulgentes habet; alioquin clari nec intelliguntur, nisi qui per labores, per ærumnas, per incomoda splendescere videntur. In te vero, quem certa siderum decreta sceptro pacis, et Throno sacro destinaverant difficillimis temporibus? Certe voluntas Supremi Numinis hæc fuit. Quid mirum si aliqui operam dederunt, ut tristiora tibi tempora inciderent, ne aut virtus quiete languesceret, aut parum dignus Imperio sacro fuisse videreris.

At Episcopali dignitate ornatus, non tantum ea quæ mala tibi visa sunt, et catholicæ Ecclesiæ adversantia procul abjecisti *Moldaviae Incolis* inter Infideles Catholicæ Religionis administer destinatus, sed et excultam illam tuam dicendi facundiam, tot sudoribus partam, ac jugi exercitatione provectam eloquentiam, christianæ simplicitati posthabuisti, ac ut minus utilem, et necessariam missam fecisti.

Extat super hoc illa lecta nuper dignissima Littera Pastoralis tua, siquidem mirifice in his dictis singularis Pastoris excellentia relucet. Quæ eo loco gloriosior tibi redditur, atque præclarior, quo magis probitas tua fuerit afflictata molestiis, ac rebus faticata contrariis? Legat eas, attendatque quilibet, dum mirificum quendam reddunt flagrantis spiritus cum suavitate concentum. Cum enim nihil penes te

antiquius esset, quam Dei verbum assiduo predicare et quotidianis Evangeliorum tractatibus, fidei, et scientiae incrementa fidelibus præstare, tum seculo hoc nostro intumescente, et dira quælibet christianis minitante; tu populos illos (pro ut dabatur occasio) exortationibus, Dominicis instructionibus, et ad calcandas passiones hujus temporis contemplatione superventuræ claritatis animabas. Videlicet, tanta fuit tibi sacri cupido sermonis, ut optabas tibi passionis vota contingere, et dum de Deo loquebaris, in ipso sermonis opere Christi, animas lucrifacere facile tibi erat. Et hi erant quotidiani actus destinati ad placandum Deo hostiam Sacerdotis.

Non cogito Panegyricum, Pastor clarissime, non laboro verborum ambitu, nihil amplifico, nihil allevo; sed decurro per capita, et nudas rerum a te gestarum summas attingo. Mirantur tamen hæc omnes; mirantur etiam, citra fucum, et negligenter effusa: plus mirentur sequi te propius, et virtutes eas intuentur, quarum præsidiis munitus, tot insignes virtutes, tam multa Ecclesiæ decora consequutus es. En igitur hodie es ab effusa omnium ætatum, atque ordinum gratulantis civitatis multitudine honorifice exceptus; et in cathedram collocatus.

Quae cum ita sint, immortales SSmo Pontifici, tibique gratiae sunt habendæ, quod pro comuni bono verecundiam, et modestiam tuam

expugnari passus es, et cum hanc ipsam virtutem, qua modo te vicisse utilitatis publicæ contemplatio pervicit. Postremo, ut Pontificem nostrum, et Plebem Catholicam, incolumitatis et gloriæ Principis sui cupidissimam, quæ ipsum semper, ut patrem et Principem Christianæ Religionis agnovit, et coluit, sacrosanctæ majestati suæ, quanta maxima possumus veneratione, religione devotione, commendemus, opes nostras omnes, atque vires ac ornamentum, et incrementum, Ecclesiæ dignitatem, et amplitudinem Sacratissimi Nominis sui promptas, expositas et dictas esse doceamus: dixi.

Archangelus Polidorius
Canonicus Lauretanus
Summo in praetio habendus
eximia pro virtute sua.

D. O. M.
ARCHANGELO . POLIDORIO
BASILICÆ . LAVRETANÆ . CANONICO . MERITISS.
I. V. D.
ERVDITI . LABORIS
AVCTORI . PRECLARO
DE . SVMMI . DEI . CVLTV
DEQVE . RELIGIONE
AC . SS. D. N. PONTIFICIS . PII . PAPÆ . VII.
E . GALLIIS . REDVCIS
MERITO . TRACTANTI
DVM . VIRTVS . E . MEDIIS . EMISSA . TENEBRIS
AD . VETVSTIOREM . STATVM
SOBRIE . IVSTE . PIE . PRÆCLARE
REDIIT
QVOAD . HIC . TEMPORIS . LATINE . FECERIT
ARCHETYPVM . INSCRIP. SVARVM . OSTENDIT
QVOD . ERVDITORVM . HOMINVM . CORONAS
IN . ADMIRATIONEM . DOCTRINÆ . SVÆ . VERTIT
INSCRIPTIONES . HAE
TAM . MIRE . COMPOSITÆ . NIHIL . STYLO . SVO
SVAVIVS . PVRIVS . LVCVLENTIVS . OSTENDVNT
VT . INSTITVTVS . IAM . TVM . VIRT. ET . PROBITATIS
FACIVNT . TESTIMONIVM
ADAM . MOSCONI . PLAGARII . CVRIO
QVIQVE . NONDVM . LAPIDARIA . SCIENTIA
EPHEBVS
AMICO . SVO . SIGNVM . AMORIS . D.
AN. MDCCCXIIII.

D. O. M.

MONTIVS . IOSEPH

Q V I

IN . VICTORIA . DE . MORICONIO . FATIO . LARE

EREXIT . PVLCRVM . GENIALIS . FORMA . DECOREM

INQVE . NOVVM . SVBITO . PROCEDIT . FOEMINA . CVLTVM.

QVAM . DEVS . CONIVNGENS . LEGE . MARITO

CONIVGII . PENSAT . FRVCTV . DISPENDIA . MEMBRI

MONTIVS . NOMINO

Q V I

CONSORTEM . THALAMI . QVI . PIGNORA . CARA

CVRAT

NIL . MELIVS . NIL . PRÆSTANTIVS . VSQVAM

CONCORDES . QVAM . CVM . IN . TECTO

VERSANTVR . EODEM

VIR . SIMVL . ET . MVLIER.

PLAGARII . PAROCHVS

DVM

PLEBIPOLI REGULARIS *NEGHICTOSORVM* CETUS PANDIT
ILLIUSQUE PUBLICUM CENSORIS EMERITI STIPENDIUM

ANNVMERAT

EIDEM CETUI

SUPERBIT

AGGREGARI

ANNO cIↃ IↃ ccc xv·

ADAM MOSCONI

Civitatis Eulisteae Augustus, in Hetruria Columbarius, inter PP. AA. Olmenus Euboeus, Filiacus Caesenas, Pistoriensis &c. &c.

CIVITATIS PLEBIS NEGHICTOSORUM ACADEMIÆ S. P. D.

Haud facile consequi possum verbis, quantum mihi Patentalis Epistola vestra, pariter, et admirationis attulerit, et voluptatis. Admiratus enim, quia junctam, licet multorum invidiæ, eximiam quandam, atque singularem immerito gloriam consecutus sum; et quidem a Principe Academiæ nostræ, qui est insigni pietate, virtute, et fide præditus. Voluptatis, siquidem, amor iste erga me quidem vester, non vulgaris fuit, cujus in Epistola eadem, non significationem modo aliquam mihi, sed expressam prope imaginem ostendistis. Quare habeo gratias vobis ingentes, et quæ reddam nescio; deberi quidem plane fateor. Omnino de me nescio quid in me laboris, et diligentiæ; cætera nihil sum, cum a vobis commendor, aut cum placere vobis mea, vel ad imitationem usque comperio. Nec mihi certe quidquam gratius, quam vobiscum academico *censorio* subsellio inter *emeritos* desedere. At dum præsens ero, quid dicam de

vobis virtute, officioque ornatissimis ? De versibus, et prosa quid ? Quæ nova ibi multa pluries audivi, qui color, qui cultus, quæ eruditio, quæ mollitia, quæ quasi teneritudo ? quam ibi multas figuras, quam multa lineamenta ? Pleni etiam versus, et suis numeris magnifice auribus servientes. Hæ sunt compositiones plurimæ ingenii vestri in tam recenti ætate, laudis, et admirationis dignæ. Omnia equidem ex tempore, et data opera exprimitis. Et quod in iis me quoque laudatis, et publico elogio succingitis, fortuna dico hoc ipsum contigisse mihi, ut a Doctis viris quamvis falso lauder. Quod verum boni civis est suam voluntatem ad publicam causam aggregare. Et quamvis ipsa vobis litterarum tractatio satis grande præmium sit, adeo scilicet suavis et jucunda; tamen istiusmodi fit accessionibus, ut nullum vitæ genus esse putem cum literatorum hominum otio, et quidem, non sterili conferendum: ne desim ergo expectationi vestræ, accipite quod benevolentiæ potius, quod retentæ disciplinæ est signum; hancque usuram laudationis vestræ gratuitam quæso, permittite; et dum feliciorem academiæ nostræ exitum opto, et spero. Valete.

Plagarii XI. Kal. Quintilis.



Insignia gloriae et splendoris
Purpurati Principis
Bartholomaei Pacca .

D V M
CIVITATIS . PLEBIS
NEGHICTOSORVM . ACADEMIA
CARMINIBVS . SVI . MORIS
EMINENTISSIMI . B. PACCA
PROTECTORIS . SVI
LAETITIAM . CELEBRARE . STATVIT
ET
PLACARII . CVRIO
IPSIVS . SOCIETATIS . CENSOR . EMERITVS
PRÆCLARA . INSIGNIA . GLORIÆ . ET SPLENDORIS
SAPIENTISSIMI . PVRPVRATI . PRINCIPIS
INSCRIPTIONIBVS . SVIS
AD . MEMORIAM . GERMANÆ . LITERATVRÆ
PERSONARE . FACIT
IN . OBSEQVII . TESSERAM
ANNO CIƆ IƆ CCCXV.

D. O. M.

Dvm . Cvncta . Svo . Principi . Romana . Tellvs . Cvnctiqve . Popvli
Svbdvnt . Colla . Jugo . Et . Victoris . Sceptra. Timent,
Et PACCA . Emvs . Acerrimi . Vir . Consilii. PII P. VII. Exempla
Seqvitvr . Magno . Svo . Jam . Conjvnctvs . Amore.
Par . Stvdiis . Consiliiq. Modis . Sed . Robore . Longe,
Et . Tamen . Æqvali . Est . Visvs . Adversa . Fato,
Qvam . Cordi . Steterit . Svmmi . Reverentia . Cvltvs,
Religiosa . Monent . Semina . Exemplaq. Probant.
Pavperibvs . Vere . Pater . Se . Pectvs . Amore
Continvo . Exhavsit . Mvnere . Larga . Manvs .
Grata . Fvere . Semper . Sva . Hæc . Opera . Deo
Dvlce . Quibus . Tanti . Pignvs . Amoris . Inest.

M. P.

EMO . NEGHICTOSORVM ACC PROT.

M. V. S.

D. P. S. D.

D. O. C.

D. O. M.

EMVS. BARTHOLOMÆVS . PACCA . BENEVENTANVS

VIR . INGENII . ELEGANTIS

ROMANI . STATVS . ARCANORVM . PRO-CVSTOS

SAPIENTIS . IVDICII . EXQVISITISSIMÆQ DOCTRINÆ

VIVVNT . IMAGINES . IN . SVIS . VERBIS

FIDELITATIS . SPIRANT . LITTERÆ

VEGETÆ . SVNT . ACTVOSÆ

REBVS . ARDVIS . NON . CESSANTES

QVI . MENTE . PROMPTVS . FACILE . ET . ARDVVM . SPIRANS

AC . SVMMA . QVÆQVE . ET . VLTRA . CONSEQVI . SVETVS

PLAGARII . CVRIO

EMO . ACC. PROTECT.

SALVTIS . AVGVRIVM . SEMPITERNVM

P. S.

D. O. M.

PACCA . A . SECRETIS . SVO . PRINCIPI . INTIMVS
FVIT . BONORVM . VTILITAS . ET . VALDE . BONA
NEC . POTERAT . GRATVS . PONTIFICI . SINE . MERITIS . ESSE
CVI . FVIT . PLENIVS . SEMPER . NOTA . FIDES . ANIMI
NEC . FVDIT . VANOS . EXVL . HOSPES . FLETVS
DVM . NON . PANICI . RVPTA . QVIES . ERANT . FLAGELLI
SPVMAT . APER . FLVIT . VNDA . FREMIT . LEO . SIBILAT . ANGVIS
NON . TOLERAVIT . VLTRA . OMNIA . VERO . ABSTVLIT . ARMA
OMNIBVS . INCREDIBILIS . EXISTIT . PIVS . ADMIRATIO . MVLTOR.
ATQVE . CREDENTIVM . LVMEN . SOLQVE . DISCENTIVM .

M. P.

E. P.

DEDIC. V. KAL. SEPT.

AN. CIↃ IↃ CCCXV.

D. O. M.

P I V S . VII.

PONTIFEX . ILLE . FORTISSIMVS

QVEM . SAVO . FONS . BELLAQVEVS . JANVAQ.

EXVL. HOSPESQ.

S V S C E P E R E

IAM . COELI. MITESCENTE . SAEVITIA

INCOLVMEN . LOCAVERVNT .

PROCVL . EVOLVTVM . EX . TVGVRIIS . FVMVM

REGIAM . SEDEM . VIDIT

TERRITVS . TERTIO

SVRGIT

HOSTES . INTERNECIONE

DELENTVR .

Sacerdotis Luciani urbanitas, & sollicitudo.

D. O. M.

M. LVCIANIVS . CIVIT. PLEBIS . PRO . ANTISTES

HOMO . INGENIOSVS . AC . INTEGER . VITÆ . SCELERISQ. PVRVS

CVIVS . NVNQVAM . OFFICIO . NEC . CESSAVIT . INGENIVM

NEC . ERRAVIT . IVDICIVM

VIR . EST . PROFECTO . SINCERVS . CANDIDVS . AMÆNVS

ITEM . FILVS . ACER . INGENIOSVS . EXPERIENS

COSMETA . HONORIS . SS PII. PAPÆ VII.

ET . SACERDOTII . IVRE . SIBI . SECVNDVM . DEVM

MAXIME DEVINCTVS . AVCTORATVSQ.
M. P.
SVIS . DOTIBVS . ATTRACTVS
AVSPICIOQ. FRETVS
AMICITIÆ . AC . B.
M. D.

(*) Monsig. Michelangelo Luciani Vic. Gen. di Città della Pieve, cui si dedica questa ISCRIZIONE, è il Promotore, Direttore dell' Accademia de' Neghittosi, e Rettore vigilantissimo di quel Seminario de' Cherici.

A. M.
Salutem Ciminis Accademicis
verbis suis concitavit.

ADAM . MOSCONI
HERCVLEO . CIMINOS . ACADEMICOS
LITERIS . SALVTARE . STATVIT
SCIENTIARVM . LATERI . EORVM . APPLICATVS
TVNCQVE . ESSE . IMMATVRVM . RATVS
QVONNAMODO . CONSPICVOS . HOSCE . HONORES
VSVRPARE .

Adam Mosconi &c. . . .
Herculeo — Ciminis Sociis S. P. D.

Negare non possum, viri sapientissimi, quin vestra mihi grata voluntas omnino fuerit, dum Academiæ vestræ, inter Herculeo-Ciminos me sociastis; proindeque beneficiorum gratia sempiterna mihi erit. Sed nimis magna est laus, nec meæ mediocritatis est, qua non efferor, sed obruor. Quis enim vel illud saltem patiatur, me cum tantis viris conferre? Quibus meritis? Nescio. Dum me ornatis, vestra libertate libentissime fruimini; sic ego judicio vestro, quod non dedignor, acquiesco, libenterque accipio ab offerentibus, quod rogare non auseram. Apud me quidem insufficientiæ meæ certissimum indicium est, quod ne clargitis honoribus superbe utar. Certe tamen dum musis vos delectamini animo pleno, nec mihi objiciendum, quod societatem patrii sermonis asperner, quod academiarum mores fastidiam. Vellem nunc vestro interesse conspectui, et admirandum consortium, licet isti oculi non mereantur, aspicere. Neque vero ullam puto digniorem disputationis nostræ confabulationem fore, quam si de literis sermocinemus inter nos, qua vita nihil puto in hac luce jucundius, quo animæ pabulo omnia mella superantur. Jam paulo ante latinus sermo, commercio aliarum gentium exolevi, sed

modo omnibus peregrina lingua discenda est; cui nostræ favere sententiæ, non nihil et illa Ciceronis verba puto, ubi ait, latinitatis malum esse au&torem; et præclarum illud Hieronymi effatum adamussim quadrat, Rideo advocatum, qui patrono egeat: quadrante dignam eloquentiam nare subsanno. Recte ergo Docti diligunt literas, quos miro quodam ardore colunt semper, et studiosi omnes amant; quos non modo opera, sed et impensa juvant, ut commodius proficiant. Ego vero, etsi nec doctis, nec studiosis quidem adnumerandus, plurimum tamen literis debere me fateor. Utinam plebei quidam homunculi idipsum hac ætate agerent: qui satis se nunc putant conspicuos, ac supra ceteros censeri, si alienis ornati titulis extumescant, reprehendentes ea in primis, quæ anxie, ac percupide conquirant. Nunc autem latinus sermo nascitur, nec a nutricibus jam, sed a magistris discitur. Apud quos certe nulla magis haberi verba, et usitata debent, et recepta, quam quæ de veteribus illis magnorum au&torum thesauris proferantur. Hæc ego ad vos libere quidem, sed amice scripsi, Academici ornatissimi, hominesque sœculi nostri eruditissimi, deque literis, et Philosophia optime meriti. Ego vestras illas, et item aliarum Academiarum similes literas amoris veri gratissima pignora, non modo gratius habeo, sed et sub oculos crebro revoco, nunc mihi ipsi, nunc

amicis humillime recitans, atque in memoriam redintegrans, ita affectus revocans, ita consuetudinem mihi vestram quam sæpissime adsciscens. Quare a vobis jure quodam meo postulo, ne istud, in scientiis, ad me scribendi officium omittatis, cujus fructum tanti faciam. Sed cum vobis a studiis gravioribus otium suppetit, otium illud in me potissimum transferatis, operamque mihi aliquam, saltem vacui temporis impertiatis. Vos tandem dum indulgentes amori, novum nomen imposuistis mihi, non quod aptissimum, sed quod pulcherrimum, ipsum in gratia manere vestra semper exopto. Valete.

Plagarii Quarto Nonas Octobris cIɔ Iɔ CCCXV.



Sepulcri Inscriptiones alterae in una virtute positae.

D. O. M.

CVNEGVNDA . VICARONIA . GENTIS . COGNOMINA
FAMILIA . QVE . FVIT .
Q V AE
TRAIANO . COCCHI . COPVLATA . CONIVGIO
INSTITVTOS . FILIOS . LIBERALI . EDVCATIONE
D E D I T
QVAEQVE
DESOLATA . MARITO
MATRONA . VIRTVTIBVS . IN . ÆTATE . MATVRISSIMA
SVPERSTES . FVIT
TANDEM . CVRIS . EXPEDITA
SVPREMA . SOLVIT . DIES
PRID. NONAS . IANVARII
CIↃ. IↃ. CCXCIII. ÆT. LXXVIII.

Ad Pegmam funeris
Doctoris Francisci Gregorj.

D. O. M.

FRANCISCVS . DE . GREGORIIS

SEMINIS . STIRPE CLARA
I. V. D.
VIRTVTE . ORNATISSIMVS
Q V I
IN . MAXIMIS . OCCVPATIONIBVS

ALIQVID . NEGOCIOLI . PROMPTVS

NVNQVAM . INTERMISIT . STVDIA · DOCTRINÆ

HVMANITATIS . QVE

DVM . FVNERIS . SVPREMI . DIEI

CELEBRITAS . FVIT
HÆC
IBI . LAPIDEA . MEMORIA

AB . A. M.
P.
INTERIIT . V. IDVS . MARTII . AN. CIↃ IↃCCLXXXXVII.

ÆT. A. LXI. M. IX. D. XXVI.

Ad tumulum inanem
Doctoris Joseph. Vicaroni .

D. O. M.

IOSEPHO . VICARONI
PHYSICO . PROFESSORI . DISTINCTO
CHRISTIANA . VIRTVTE ORNATO
MEDICORVM . PRAECEPTA .. SERVANTI
DE . QVO
BENE . EXISTIMABATVR
NAM . ISTIVS . MEDICI . SOLIVS . PATRIAE
SALVTIS . AC DILIGENTIAE
DVM
FILII . HVMANISS.
IVSTA . SOLVERUNT
PATERNO . FVNERI
P. P.
HAEC . ELOGIA . MONVMENTORVM
CONDI . ET . COLLOCARI
VOLVIT
VIII. NONIS . IAN . CIↃ. IↃCCCV.
AET. L. M. IX. D. XXIII.

Religiosi pietate egregii
Inscriptio .

D. O. M.

F. FRANCISCVS . A . MELITIOLO
R. P. VINCENTII . EVGVBII . CONCIONATORIS . SOCIVS
ASSISIVM . EX . FAMILIA . FRATRVM . M. S. F. REFORM.
IN . CONVENTV . CARCERVM . LAICVS . ALVMNVS
HOMO . SANCTIMONIAE . SPECTATVS
PIVS . EGREGIVS . SIMPLEX
E . VITAE . HVIVS . ANGORIBVS
DOMINVS . EVOCAVIT
OCTAVO . IDVS . APRILIS
AN. CIↃ. IↃC. LXXXI.
AETAT. LV
CORPVS
PROPE . ARAM . S. ANTONII . PATAVINI
PRIMO . HVMATVM
HOC . IPSO . SACELLO . MAIORI . DENVO
TVMVLO . CONFECTVM
TANDEM
A . MOSCONI . PAROCHVS
INSTAVRATIONE . ECCLESIAE . SVAE
INFODERE . TERRAE . EXVVIAS
VRNVLA . LIGNEA . MANDAVIT
XI. KAL. FEBRVARII
M. DCCCXVIII.

Sacerdotibus de Familia Felici cumulata laus .

D. O. M.

MICHAEL . ET . ALOYSIVS . GERMANI . FRAT.

DOMO . DE . FELICIBVS . ANTESIGNANA

IN . COLLEGIO . SACERDOTVM

CVM . INFVLIS . ET . TOGVLIS . FVERVNT

SACRA . FACIENTES

INGENVITATE . PIETATE . MORIBVS . QVE

COGNITI

VT . VERI . RELIGIOSI
QVI
SACRIS . PRÆEST

SVPPEDANEVM . HOC

AD . SEPVLCRVM
P.
PRIMVS . IX. AN. VIXIT . ET . OCTVOGINTA

M. VIII. D. XI.

ALTER . LXXI. M. IV. D. VIII.

SPIRITVM . DVXIT .

Pro Familia Ciucci in Parrochia S. D. Hyernae Elogium tumulo inscriptum.

D. O. M.

GEORGIO . CIUCCI

INTEGRI . ET . INCORRVPTI . SENSVS . VIRO
QVI
PROBOS . FILIOS . A . SE . INSTRVCTOS

RELIQVIT

QVORVM . PRIMVS . ARCHANGELVS

SACERDOS . ET . PARROCHVS

DVM . PATRIS . AMANTISSIMI . RECORDATIO

MENTEM . LACERAT . ET . CONFICIT

HOC . TRIBVTVM . VT SIGNVM . MARMOREVM

INSPICIENDVM
P. S.
MORTE . DELETVS . XII. KAL. NOV.

CIↃ. IↃCCC.

AETAT. LIII. M. V. D. XXVIII.

D. O. M.

R. D. FRANCISCO . PETRI . SANCTIS

CIVCCI . GNATO

CVI

INTEGRITATI . ADIVNCTAE . FVERE

PIETAS . ET . BONITAS

IPSEMET . ARCHANGELVS . ADNEPOS

HOC . IPSO . SACELLO

VBI . SEPVLCRVM . FACTITAVIT

SALVTIS . AVGVRIVM

SEMPITERNVM

DE . P. S. E. C.

MORTEM . OPPETIIT . AD . III. NON.

SEPTEMB. AN. CIↃ. IↃCCLXI.

AETAT. XXIX.

Ad Parentalia decorati viri Joannis Felicis Cocchi laus.

D. O. M.

IOANNES . FELIX . CIVIS . PLAGARENSIS

EX . PLANTA . DIVTVRNA . QVE . STIRPE . COCCHI

QVI

PIETATEM . COLVIT

IPSI . PATRIAE . DVCIT

PIOS . HABERE . CIVES . IN . PARENTES

DISTINCTVS . CVRIS . DVM . VIXIT

AMICIS

SVPREMVM . DISSOLVTIONIS . FINEM . HABVIT

XIX. KAL. FEBRVARII . CIↄ Iↄ CCCIX.

AET. LIII.

A. M. P.

AD . MEMORIAM . ILLIVS . SEMPITERNAM

SAXVLVM . MARMOREVM

FIXIT .

Plagarensium aedilitas Fundatori suo
a Patria condita bene dicit.



D. O. M.

PICHE
NEQUE . SATVRNI . FILIVS (1)
AT . PLAGARII . OPIFEX
SALVE
G R A I E
NOSTRARUM . AEDIVM . AVCTOR
HABITATOR . AMENI . MONTIS . HERILIS (2)
Q V I
SVB . COLLIS . NESTORIS
RADICIBVS . ASTAS
SALVE
QVISQVIS . IN . RE . HAEREDITARIA
TAM . DILIGENS . ET . ATTENTVS . ERIT
MIRA . VIRTVTE . FIRMA (3)
HAEC
TVI . CIVES
SVO . DONANT . CVPIDO
VOTA . PATRONO.

(1) *Non Piço figlio di Saturno, ma* Pico Grajo, *fondatore, o ristauratore del Piegaro.*

(2) *Primo Germe, che nel fondare il luogo, fu l' autore di questi lari domestici.*

(3) *Si chiede in mediatore per ogni virtù nelle cose pubbliche.*

Stirps Cesarei recte hic brevicula orationis laude posita.

D. O. M.

IVLIO . DE . COMITIBVS . CESAREI . DOMO . PERVSIA
PROBI . FILIO . VIRO . SPECTATO . INTEGRO . RELIGIOSO
DICENDI . PRVDENTIA . CAVTO . ET . MODERATO
PATRIÆ . SOLO . OMNIBVS . CHARO . ACCEPTISSIMO
MAGISTRATVS . PLERIQVE . IMPERIA . MANDANTI
LITERARVM . IVVENTVTISQ. PATROCINATORI
VIRO . DVLCI . ATQVE IVCVNDO
PATRIÆ . SVÆ . HODIE . QVE . ET . SEMPER . MAXIMÆ . GLORIÆ
PLAGARENSIVM . AMICO . BENEVOLO
LARGITORI . BENEFICIENTISSIMO
CONSILIARIO . DEFENSORI
CVIVS . STIRPS
SPLENDIDISSIMIS . NOMINIBVS . ILLVSTRATA
ET . NVPER . A . CONSOBRINO . CONCHYLIATO
ÆSSIVM . ANTISTITI . SAPIENTISSIMO
EXORNATA . ET . INSTRVCTA
PLAGARII . INCOLÆ . EX . PREMIIS . VIRTVTIS
AMPLISSIMIS
PRO . COSTANTI . ANIMI . SVI . AFFECTIONE
CONVENIENTI . QVE . COMITATE . SVI . QVE . CAVSSA
MEMORIAM
AMPLISSIMIS . CONSECRANT . MONVMENTIS .

Magistratus Plagarii accuratum opus.

D. O. M.

POTESTATVM . FASCES . PLAGARII

MORETTI . GREGORI . MISCIATTELLI
QVIBVS . FVIT . PROCVRATIO . NEGOCII
MVNERIS . QVE . PVBBLICI
Q V I
HONORES . MAGISTRATVS . IMPERIA

POTESTATES . OPES . AMICITIAE
NON . ANTEPOSVERE

SED . EXIGVO . TEMPORIS . SPATIO

TVRREM . SACRAM . ORNAMENTVM
VIAM . PVBBLICAM

STRVERE . FECERVNT

PRO SOLERTIA
CVRA . INDVSTRIA . QVE
IPSORVM

POPVLARES . PLAGARII
HAEC . ELOGIORVM MONVMENTA
E. F.

AD.
VIAM NOVAM
PLAGARII

Ite foras; age dum, quaecumque liquentibus undis
Membra levaturae ad solatia, ite foras.

Bis sexaginta spatiis verum incita cursu
Via apud Plagarium, ceu est frondosa

Perfricuit tantum pingui se diva liquore
De baccis, arbor quem sua protulerat;

Ite foras puellae, ut festis quinquatribus olim
Exiguo, gratoque fruatis tempore raptim.

In Aedicula S. Felicissimae V. et M.
Mnemosynon.

D. O. M.

SACELLVM . HOC . IMMEMORIS . SPACII
IMMEMORIS . QVE . INGENII . SIGNA . HABENS
ET .. S. FELICISSIMÆ . V. ADDICTVM
A . POPVLARIBVS . CASTRI . AVRI . OBLITVM
NVPER . ILL. ET . RMVS . D. D. CAROLVS . PHILES . CITTADINI
EPISCOPVS . PERVSINVS . VIGILANTISSIMVS
OCCASIONE . S. P. VISITATIONIS . ACCEDENS . INVISERE . EVM
VIDENS . AB . HINC . SECVLO . PATVISSE
ET . CVSTODIA . MALA . DISPICATVI . HABITVM
NE . DEINCEPS . QVID . EI . DESIT . RELIGIONIS . SERVITIO
CONVENTIONE . EFFECTA . CVM . P. OCTAVIO . CONSTANTI
ANNO . CIƆ IƆCCCXXII . DIE . VI. M. MAII
AD . FRVGEM . BONAM . IVRIS . PATRONATVS . FAMILIÆ . CIVCCI
DEVENIT
HINC . HVIVS . REI . NE . POSTERITAS . QVIDEM
OMNIVM . SECVLORVM . IMMEMOR . SIT
ARCHANGELVS . CIVCCI . EIVSDEM . FAMILIÆ . SACERDOS
PATRONVS . PAROCHVS . QVE . NVNC . PROPRIVS
RESTAVRAVIT
SIGNVM . QVE . MARMOREVM
P.

Dum funus Annae Mazzocchi
Urbeveteri celebrabatur
Haec fuit Inscriptio Sepulcri

A ☧ Ω

ANNA . VRBIVENTO . CIVIS . RAVAGLINIA
Adhuc . Puella . Dum . Iactabatur . Varietate . Fortunae
In . Spem . Matrimonii
D. D. HORESTI . PRÆCLARO . VIRO . PATRICIO
Antiquissimae . Familiae . Mazzocchi . Augurata
Quae . Tamen . Tam
Clari . Civis . Fortuna . Reservata
Secundis . Nuptiis . Fuerat
Nuper
Duobus . Filiis . Hiacyntho . Primi . Thalami
Orbata
Et . Leandro . Secundi . Degentis
Cum . Ipso . Egregiae . Indolis . Puerulo . Bilustri
Quem . Reliqum . Calamitas . Potius . Quam . Fortuna.
Fecerat
Vidua . Subsistit
In . Istam . Ultimam . Praeclarae . Stirpis . Sobolem
Quotidie . Tendebat . Manus . Implorans . Patrios . Deos
Per . Æternam . Memoriam . In . Illo . servare
Progeniem
Pietas . In . Ea . Semper . Fuit . P. Q. Sanguine . Conjunctis
Patrieque . Benevolis . Officium . Et . Diligens
Tribuit . Cultus
Et . Tamen . Semper . Gravior . Infirmitate
In . Pavitate . Spiritus . et . Iactura . Stetie
Adhuc
Vexationem . Invalidi . Corporis . Pati . non . Poterat
Exhaustisque . Etiam . Animi . Viribus . Eoque . Langvente
Ex . Hominum . Vita . Demigravit
XVII. Kal. Oct. Ann.
CIↃ IↃ CCC XV.
Vixit Ann. XXXXII. D.
ADAM . MOSCONI . PLAGARII . CURIO
Scriptis . Memoriam . Eidem . Religionis
Studiosissimae . Viduae
D P. S.
Reddere . Statuit.

SPECTATAE . VIRTVTIS . MATER . FVIT

Q V AE

IN . EXCOLENDA . GLORIA . NOBILISS. PROLIS . SVÆ

MAXIMVS . LABORVM

FVIT . FRVCTVS

C V I V S

SOBOLIS . MERITVM

NON . ÆTATIS . SPATIO . SED . GLORIA . METITVR

CVIVS . INDOLES

NON . LAVDIS . SATIETAS . CAPIT

PROH . DEVM

COELI . FAVEANT

MAIORA . ADHVC . RESTANT.



Incidenda in pavimento Sacelli
Juris Patronatus F. Mazzocchi Oropiti.

I. X. O. Y. Σ.
H I C
NOBILISSIMÆ . FAMILIÆ . MAZZOCCHI

TANTA . COMPONENTIVM . VETVSTAS
S. E.
H I C
IVSTÆ . IRÆ . MORTIS . PARENTATVM . EST
H I C
CORPVS . HORESTIS

AMATISSIMI . CONIVGIS

VALIDO . MVNIMENTO

SEPSERAT . PIETAS
H I C
IAM . NOBILEM . GALEAM

MVCRONEMQ.

SAXA . PERFREGERANT
H I C
TANDEM . CLAMOR . SIMVL

ATQVE . PLANCTVS

AMICORVM

M. P.

Pro luctu mortuali
R. D. Ascanii Fantoni .

D. O. M.

ASCANIVS . FANTONI
RONCILIONI . CAN. TH. MERITISS.
AB . INGENVIS . ORIVNDVS
VIR
MORIBVS . PERPOLITVS
SINCERÆ . VERITATIS STVDIOSVS
ORATOR . OMNIBVS . INGENVIS . ARTIBVS
INSTRVCTVS
IVNIVS . FACILIS . ET . EXPEDITVS
AD . DICENDVM
QVI
CONTINENTIAM . IN VICTV . OMNI
ATQVE . CVLTV . SERVAVIT
ET
PRIVATIS . BENEFICIIS . ET . INGENII
LAVDE . FLORVIT
SVA . FVIT
OMNIS . PRVDENTIÆ . DOCTRINAEQ. PROFESSIO
SIC
SVAM . QVAM . CONTRIVERAT . LEGENDO
ÆTATEM . FINIVIT
ET
AB . AFLICTA . AMICITIA . TRANSFVGIT
IV. KAL. NOV. AN.
cIↃ IↃcccxv. ÆT. XLIV
A. MOSCONI . P. P.
HOC
AD . PERPETUÆ . EXISTIMATIONIS . FIDEM
ET . RELIGIONIS
M. P.

D. O. M.

ABRVPTA . SVA . NVNC . MEMBRA

ÆXCIDIO . MORTIS

PARENTANDVM . ESSE . MAIORIBVS

ET

DVM . PRETIOSIOREM . HANC

OCCVPAVERAT . PRÆDAM

RONCILIONI . PLVRIMISQVE

VRBIBVS

SERVATVS . EST . HONOS .

D. O. M.

DESTINATVS . SORTIS . SVÆ

DIES . VLTIMVS

PERFVSVSQ. MVTVIS . LACRYMIS

IN

AMATISS. FRATRIS . OSCVLO

SINE . PIGNORE . SINE . LARE

TERRARVM . ORBIS

EXILIVM . FINIVIT

ET

IN . HVMVM

PRONVM . CORPVS

ABIECIT

Obsequentia
officij
erga Emũm Protectorem
Comunitatis Plagarii.

D. O. M.

Emõ . AC . Rmõ . D. D. P. F. GALLEFFIO
S. R. E. C.
NOVO . PLAGARENSIVM . PROTECTORI
CVI . IVRIS . SVNT
NEGOTIA . NOSTRA . SVI
QVÆQVE
PER . TOT . ÆTATES
PVRPVRA . SOLITA . SEMPER
GRANDESCERE . FÆTV
ET . VARIA . GRAVITER
INGENIO . MICARE
COMMENDATA . FVERVNT
NVNC . Emĩ . BRASCHI . VITA . FVNCTI . ÆMVLO
CVI . SVBSELLIA . PROTECTORIÆ
GRATIORA . FIVNT
A. PROPENSIS . IN . HAC . ÆDILITATE
QVÆ . IN . FORMA . LITERÆ . CLARENT
PLAGARII . POPVLVS
HOC . OFFICIVM . SERVITVTIS
AD . RELIQVVM . TEMPVS . GRATIOSVM
P. S.

Artis vitreae
Praeconium.

D. O. M.

MEMORIÆ . ET . VIRTVTI
ARTIS . VITREÆ
QVÆ
OPERIBVS , SVARVM . ARTIVM
MANVS . PLAGARENSIVM
EFFICIT
QVÆQVE
ARTIFICIOSVS . EXEQVITVR
PER . TOT . ÆTATES
PRIMITVS
VTRAQVE . NATIO
HOC . PENSITARET
QVÆQVE
IN ANTIQVM . MODVM
FATIONIS . ROMANI . STATVS
NVLLA . EX . PARTE
EXEQVI . POTVIT
PLAGARI . CVRIO
POPVLARIBVS . SVIS
D.
O. C.

Mortis laudatio (*)

Ad Exequialia
Rmi D. Aloysii Brami
cum locutione.

D. O. M.

RMO . D. ALOYSIO . BRAMIO
DOMO . BIBIENA . IN . TVSCIA
ORIVNDO
CLVSIVM . ARCHIPRÆSBYTERO
LIBERALIBVS . DISCIPLINIS
TIFERNVM
A. PVERO . EDVCATO
IN . CONSORTIVM . MVSARVM
ADSCITO
BONARVM . ARTIVM . PATRONO
ET . ÆSTIMATORI . ÆQVISSIMO
PROFVNDÆ . MEMORIÆ . VIRO
DE . FACVLTATE . RHETORICA
OPTIME . MERITO
ACERBO . AC . REPENTINO . FATO
E . VIVIS . EREPTO
A. MOSCONI . P. P.
AMICITIÆ . C.
M. PP.
DECESSIT . NONO . KAL.
DECEMBRIS
AN. CIↃ IↃ CCCXVII.

(*) *Vedi Discorsi Familiari Evang.* V. II.

Ad justa funebria Rmi D. Pauli Brizi
Inscriptio.

D. O. M.

RmVS . D. PAVLVS . ARCHID. ECCL. CATH.
CIVITAT. PLEBIS
AB . INGENVIS . DE . FAMILIA . BRIZI . PATRICIA
CLVSINÆ . CIVITATIS . ORIVNDVS
MORIBVS . PERPOLITVS
I. V. D.
DIVINIS . QVIBVSDAM
BONIS . INSTRVCTVS
AD . AMPLIORIS .HONORIS . GRADVM . VICARIATVS
ASCENSVS
IN . BREVI . CONECTVS . TEMPORE . VITÆ
FATVM . MORTIS . INCVRRIT
PRID. KAL. SEXTIL.
AN. CIↃ IↃ CCCXVII
D. CHERVBINA . CASELLA
SOROR . AMANTISSIMA . AFFLICTISS.
CONSVMPTIS . LACRYMIS
DVM . INFIXVS . ANIMO
HERET . DOLOR
HOC
AD . IMMORTALITATEM . MEMORIÆ
GLORIOSVM
M. P.

II.

EDVCATA . HVIVS . NVTRIMENTIS . VIRTVTIS

ADOLESCENTIA

DVM . PRISTINÆ . VENERATIS . FORTUNÆ . ANNIS

GAVDIO . HOC . FALSO . FRVITUR

VIII. PRID. KAL. AVG.

AN. P. V. P. MDCCCXVII.

ÆT. XXXVII.

III.

IS
IN . MORBVM . GRAVEM
ET . PERICVLOSVM . INCIDIT
VNDE . ÆSTV . FEBRI . QVE . IACTATVS
HOSTIA . CÆSA
MORS . MVCRONEM
RETVDIT .

IV.

(*) EXEMPTO . ÆTATIS . FLORE
INCLINATA . PAVLO . MAGIS . AD . HORAS . DIES
PARENTIBVS . CHARVS . ET . AMICIS
ÆTERNITATIS . PELAGVM . CONSCENDIT
EXEQVIÆ . FVNERIS
PANICALI VIII. ID. SEXT.
F.

(*) *EXEMPTO*; *Sortito da questa vita, nel fior dell' età.*

Maeroris indicium
Et laudatio funebris
pro Episcopo Carenzi. (*)

D. O. M.

ILLmVS . ET . RmVS . D. D. BONAVENTVRA . CARENZI
EX . OPPIDO . CRYPTARVM . DIOECESIS . MONTISPHISCONI
QVI
MORIBVS . PASTORE . DIGNIS
ATQVE . HONESTIS . DISCIPLINIS
QVAMOPTIME . IMBVTVS
SODALITIVM . SERAPHICI . P. DE . FAM. M. C. POTITVS
IN PRIMA . EVANGELICI . PRÆCONIS . PRIMORDIA
IN . DIVERSAS . TRAHENTE . INFIDELIVM
PARTES . FINITIMIS . VNDIQVE
IN . MOLDAVIAM . IRRVENTIBVS . POPVLIS
DACIAM . MVLTARVM . GENTIVM
EX . DIVERSIS . LOCIS . VNO . TEMPORE
CONFLVENTIBVS . AD . FIDEM . CONVERTIT
ROMÆ . PAROCHVS . SS. APOST . INSOMNIS
EPISCOPALI . MVNERE . CONSECRATVS
ET . S. C. DE . PROPAGANDA . FIDE . ADDICTVS
DEIN. PLEBIPOLINIANÆ . HVIVS
ECCLESIÆ . ANTISTES . CONSTITVTVS
XIII. KAL. OCT. AN. MDCCCXIV.
TANDEM . INSIDIIS . MORTIS . ADPETITVS
OCCVBVIT . XVIII. KAL. DECEMBRIS
AN. CIↃ IↃ CCCXVII.
ÆTATIS . LXIV.

(*) *Vedi Discorsi Evang. Vol. II.*

Ad Episcopum de Karolis, in ipsa die, qua ad Cathedram Episcopalem conscendit Elogium.

D. O. M.

ILLMO . ET . RMO . D. D. PETRO . CAMILLO
DE . KAROLIS
MONTALTINI . SANGINIS . PATRICIO . RIPANO
VIRO . ERVDITIONE . VARIA . FRETO
SACRA . ECCLESIÆ . HVIVS . PLEBENSIS
CONSECRATIONE . CATENATO
X. KAL. APRILIS . AN. CIↃ IↃCCCXVIII
DVM . CLERVS . FRAGRANTIA . DETORQVET
AD . OSCVLA . MANVS . ADITVS . SVI . DIES
IPSVM . QVE . AD . VINCVLA . PACIS . ADMITTIT
A. M. P. P.
D. O. C.

II.

D. O. M.

DVM . NVMERAT . PLACIDOS . FELIX . CAMILLVS
SEX . DECEM . ANNOS
ET . FESSVS . EXVIT . SE . ANIMARVM . CVRIS
PATERNI . CLARVS . NOVI . REGIMINIS
ET . CERTVS . HÆRES . FACTVS
SOLII . HVIVS . FVLGET . MODO
ET . VICTOR . PREMIA . PLVRA . REFERT .

III.

MARTIAS . KALENDAS
PASTORALIS . EPISTOLA . SVA . FVIT
DOCTIS . EXCVLTA . SENSIBVS
C V I
GRANDEVI . LASSI . QVE . SENES
COMPOTE . VOTO . REDDVNT . GRATES
SEDENS . PRIMO . LOCO . IN . GRADV . SEMPER
COLVMEN . PATRIÆ . PHÆDERA . SACRA . SERVET .

IV.

VIR . GENICVLATVS
HABITATOR . AMÆNI
VBI . CVRA . IVRIS . B. BACHER . EPISCOPI . RIPANI
FVIT
DECVS . OMNE . SIBI
HVC
QVO . VERTIT . ITER
HILARIS
V T
ÆQVI . PATRIS . PROPERAT . AD . SEDEM
AD . QVAM
FAVSTO . ISTO . IPSVM . PONIT . DIE
TVSCA . CVM . ROMANA . NATIO . LIGAT . DIOECESIM
QVA . PIVS . VII. P. M. MVNIFICENTISS.
MANSVRA . PRO · MVNER . TEMPLA . DEDIT
A T
QVÆ . NVNC
DE . CANDELABRO . MAGNA . LVCERNA . NOBIS
TVTOS . DET . FORTVNA . DIES.

Extrema gaudii luctus occupat pro morte mox laudati Episcopi de Karolis.

I.

D. O. M.

PETRVS . CAMILLVS . DE . KAROLIS

MONTALTINI . SANGVINIS . PATRICIVS . RIPANVS

PLEBIPOLINIANÆ . ECCLESIÆ . HVIVS . ANTISTES

QVI

ARTIVM . STVDIIS . LIBERALISSIMIS . FVIT

DOCTRINISQVE . VERSATVS

IN . BREVI . CONIECTVS . TEMPORE . VITÆ

PVLCHRE . DISCESSIT . ET . PROBE

EXSEQVIÆ . SVPERNI . DIEI . CELEBRATÆ

AD . VII. KAL. SEPT. ANN. CIↃ IↃCCCXVIII

AETAT. LXV.

II.

CARI . CAPITIS . IMITATOR
CVI
PVDOR . ET . IVSTITIAE . SOROR
INCORRVPTA . FIDES
AT . CVM . VIX . EPISCOPALI . MVNERI
NATVRA . IVSTVM . OPTIMVMQVE P.
VIDERI . PERMISERIT
PERPETVVS . SOPOR
IMMERSIT .

III.

HEV . MISERVM . PARENTES . AFFLICTISSIMI

CONSVMPTIS . LACRIMIS . TAMEN

INFIXVS . ANIMO . HERET . DOLOR.

IV.

CVM CEPIT . VITREA . FAMA
EXITIVM . CIRCVMTONVIT . BELLONAE
VNGVIBVS . RAPACIBVS. (*)

(*) Cum funebri Elogio: vide Tom. II. Serm. 8.



INSCRIPTIONES

IN . LVCTV . MORTVALI

EMINENTISSIMI . D. D. CARD.

ROMVALDI . BRASCHI-HONESTI

PLAGARENSIVM . PROTECTORIS

AD . S. SILVESTRI . PAPAE . POSITAE

CIVITATIS. PLEBIS. DIOECESIS

IN . AGRO . PERVSINO



Ad fores Ecclesiae .

AD . III. NONARVM . IVNII

PARENTALIA

EMINENTISS. CARD. R. BRASCHI — HONESTI

PROTECTORIS . OPTIMI

INTEGRI . DESIDERATISS.

PLAGARIO . ERVNT

EO . PROPERATE

OMNES . CVM . LACRYMIS

ET . FACILIS . SVFFRAGATIO . PRO

SALVTE . ERIT .

Intus .

II.

HIC . ARÆ . SVNT . SACRIFICIIS . PREPARATÆ

HIC . SACRÆ . RELIGIONIS . CÆREMONIÆ

CONTINENTVR

HIC . PIACVLARIA . AVSPICIA

DIVO . DECORI . GRATIAEQVE

PRAEBENTVR

HIC . HOSTIA . MAXIMA

A . SACERDOTIBVS

OFFERTVR .

III.

LVGET . IN . HIS . TEMPLVM
CVI . PLACET . ARA . DEO
NEC . MODO . LACRYMVLAM
SED . MVLTAS . LACRYMAS
VIDERE . POTVISTIS
DVM . HÆC
DECORABVNTVR
FVNERA . FLETV .

IV.

CAESENAS . EX . PRAECLARISS. ATAVIS
PATERNVS . MATERNVSQVE . SANGVIS
IBI . QVIDEM . NATIVITATEM
IBI . AVTEM . ET . NVTRITORIA
PRAEMIA . DEBET
HVIVS , ORDINIS
VIRTVTES
AD . POSTERITATIS . MEMORIAM
SVNT . NOTANDAE .

V.

QVI . PRIMAM . SVAM . AETATVLAM
NON . AD . SCVRRARVM . LOCVPLETVM
NVGATORIA . DETVLIT
SED
AD . PRIMAM . OPTIMAM
AFFECTIONEM . ANIMI . PERVENIT
INSTAR
DIFFICILE . DICTV
QVANTOPERE . CONCINNITER
ANIMOS . OMNIVM
COMITAS . AFFABILITASQVE
SERMONIS
A.

Ad latera basis
Obelisci.

VI.

MORS . PRAERVPTO . INFIRMITATIS

VALLO

VLTIMVM . AGMEN

VALIDA . MANV

CINXIT

O . AN. clɔ Iɔ cccxvII

P. KAL. MAII.

VII.

EMVS . R. C. BRASCHIVS

CAESENAS

EX . OPTIMIS . EFFECTORIBVS . NATVS

XIV. KAL. SEXTILES . cIↄ Iↄ CCLIII.

IBI

IN . ARTIVM . STVDIIS . LIBERALISS.

DOCTRINISQ. VERSATVS

ROMAE

PVRPVRA . FVLGENS

PII . PAPAE . VII. P. O. M.

IN . ADMINISTRANDO

RITE . AC . RECTE

HYERARCHICO . ORDINE

INENARRANTIA . QVOQVE

SVI . CELEBRITAS . NOMINIS

PERVASIT

IVREQVE . OPTIMO

MERITISSIMVS

AB . OMNIBVS

PREDICATVR .

VIII.

CLEMENS . PLACIDVS . AEQVVS
NVLLI . LAEDERE . SOLITVS
OS . ARRIDERE . OMNIBVS
CVRAM . HABVIT . PAVPERVM
QVOS
LABORE . MAXIMO
AB . INEDIA . EDVXIT
MISERIAM . OMNEM . CAPIENS
ILLIS . VIXIT
HVIC . PATRI
ILLI . SE . COMMENDARVNT
IN . CLIENTELAM . ET . FIDEM
EXEMPLVM . PLACET
OMNES . BENE . DICVNT
LAVDANT
BEATITATEM . AETERNAM
APPROPERANT .

IX.

PII . PAPÆ . VI. ILLVSTRIS . NEPOS
VIR . INTEGRI . ET . INCORRVPTI . SENSVS
SINCERAE . VERITATIS . STVDIOSVS
IN . QVO
OMNIA . PLENA . CLEMENTIAE
MANSVETVDINIS . HVMANITATISQ.
FVERE . SEMPER
NIHIL . SANCTIVS . IN . EO
NEC . OMNI . RELIGIONE . MVNITIVS
QVI
IN . PERICVLIS . CVM . LAVDE
ET . VIRTVTE . VERSABATVR
ECQVANDO . PERSPICVA
SVA . CONSILIA
CONATVSQVE . OMNIBVS
FECIT
IN . RE . DOMESTICA
CONTINENTIAE . LAVS
DVM . A. DVLCEDINE . VOLVPTATIS
ET . SCABIE . CARVIT .

X.

HVIVS . PRINCIPIS . DOMVS
PAVPERIBVS . AMICIS . APERTISSIMA
ET . PERHOSPITALIS
FVNDAMENTVM . IVSTITIAE . FIDES
CVIVS . ASPECTVS . QVIDEM
TESTIMONIVM . ERAT . SVI . IVDICII
DVM . LAVS . EST . ATTONSA . LACONVM
HAEC
VESTIGIA . ILLIVS
NON . PRESSA . LEVITER
AD . EXIGVI . PREDICATIONEM
TEMPORIS
SED . FIXA . AD . MEMORIAM
OMNIVM . SEMPITERNAM
SINT .

Ad Pegmam funeris.

XI.



PRINCIPES . MAXIME . DVM . IVRA
SVI . REGNI . COMVNI . CONSENSIONE
DEFENDVNT . ET . BRASCHIVS . EMINENTISS.
LONGA . PER . CERTOS . SIGNAVIT
TEMPORA . CASVS . ROMA . EXVL
ETIAM . ILLAESVS . VIGOR . ILLE
MANEBAT . EXTREMI . FLATVS
MISERANTE . NOCTE . REMOTA
DISCIT . ADVERSA . PATI . ET
PROPRIAE . INVIGILARE . SALVTI
ATQVE . SVO . APERVIT . FVNERE
MORTIS . ITER .



XII.

CORPORIS . FVIT . APTA . FIGVRA

MEMBRORVM

CVM . COLORIS . QVADAM . SVAVITATE

EAQVE . DICITVR . PVLCHRITVDO

MOX . SAVCIATVS

MORTALITATE

MIGRAVIT

IN . OLYMPVM .

XIII.

ROMVALDVS . AVTEM . BRASCHIVS
QVEM . IBI . MORTVVM
AEQVO . LACRYMANTES
SEPELIERVNT . ROMANI
EX . A. D. NON. MAIAS
AN. cIↃ IↃ CCCXVII.

XIV.



AMICVS

ASTITIT . OBTICVIT . DOLOR . ILLI

VT . GLVTINE . VINXIT

TVBA . SONVM . TENET

VOCIS . INOPS . ANIMVS.



XV.

AVREA . NVNC . NIGRIS. ORNANTVR . LIMI-
NA. VELIS

CLARA . CORONANTVR . DENSIS. ALTARIA.
LYCHNIS

LVMINA . CERATIS. ADOLENTVR . ODORA
PAPIRIS

NOCTE . DIEQVE . MICANT . SIC . NOX .
SPLENDORE . DIEI

FVLGET . ET . IPSA . DIES . COELESTI . IL-
LVSTRIS . HONORE

PLVS . MICAT . INNVMERIS . GEMINATA
LVCERNIS .

A. MOSCONI P. P. benem.
Ad immortalitatem
Memoriae . Gloriosum
M. H. P.

INSCRIPTIONES, EX QVIBVS HABENTVR NOMINA, COGNOMINA, PATRIÆ, CONDITIONES, ANNVS ELECTIONIS, ET MORTIS EPISCOPORVM CIVITATIS PLEBIS.

I.

D. O. M.

ANGELVS . ANGELOTTIVS
PATRICIATVS . DE . MONTE . POLITIANO
ECCL. HVIVS . PLEBENSIS . ANTISTES
DELECTVS . ROMAE . PROFECTVS
VT . CONSECRATIONIS . MVNVS
SVSCIPERET . PLEVRITIS
DOLORE . VEXATVS
MORTEM . OPPETIIT
AN. cIↃ IↃc.

II.

D. O. M.

FABRITIVS . PAVLVCCIVS

EX . FORO . LIVII

NATALIBVS . CLARVS

EPISCOPVS . NOSTER

DESIGNATVS

AN. MDCII.

VIR . INTEGRI

ET . INCORRVPTI . SENSVS

FATVM . MORTIS . INCVRRIT

AN. MDCXXV.

III.

D. O. M.

F. CELSVS . ZANI . FLORENTINVS

EX . FAM. M. O.

ANTISTES . ELECTVS

MDCXXV.

HOMO . INTEGER

AB . OMNI . PETVLANTIA

CENSVRÆ

DE . VITA . DECESSIT

A. MDCXXIX.

IV.



D. O. M.

SEBASTIANVS . RICCI

PICENTINVS

CINGVLANVS

EPISCOPVS . VOCATVS

A. MDCXXIX.

IS

SVMME . OMNIVM

DOCTRINARVM

STVDIOSVS . FVIT

EX . VITÆ . HVIVS

ANGORIBVS

DOMINVS . EVOCAVIT

AN. MDCXXXVIII.



V.

D. O. M.

IOANNES . BAPTISTA . CARCARASIVS

ROMANVS . EPISCOPVS . LECTVS

A. MDCXXXVIII.

IN . EO . MANSVETVDO

MORVM

AC . FACILITAS

ROMÆ

MORTI . OPPORTVNVS

VITÆ . EXVLVM

FINIVIT

MDCXLIII.

VI.

D. O. M.

RIGINALDVS . LVCARINIVS
TEBANVS
EX . O. P. S. DOM. ALVMNVS
IAM . S. P. AP. MAGISTER
AD . AMPLIORIS . HONORIS . GRADVM
IN . EPISCOPALI . CATHEDRA
EVECTVS . AN. MDCXXXXVIII.
IS PRIMVS
SYNODALES . CONSTITVTIONES
FECIT . VITA . IN , EO . ERAT . ANIMI
CORPORISQVE . EXPLETA . VIRTVTIBVS
OBIIT . AN. MDCLXXI.

VII.

D. O. M.

KAROLO . MVTI . PRINCIPI . ROMANO
ANTISTITI . NOSTRO . ADOPTATO
A. MDCLXXII . CVI . TEMPORA
LVSTRA . SEPTEM . ET . AN. III.
CATHEDRÆ . RESERVARVNT
MEMORIAM . PROPE
INTERMORTVAM
GENERIS . SVI
A. MOSCONI . P. P.
VIRTVTEM . POSTERIS
REVOCAT .

VIII.

D. O. M.

FAVSTVS . GVIDOTTI . OPHIDANVS

IN . SATRIANO . EPISCOPVS

NOSTER . CONSTITVTVS

A. MDCCXXXI.

VIR . INSTRVCTIOR

DOCTRINIS

SYNODALES . CONSTIT.

SECVNDO . DELIBERAVIT

DEIN. SVPREMVM . DIEM

VITÆ . EGIT

A. CIↃ IↃCCXXXI.

IX.

D. O. M.

FRANCISCO . ALBERIGIO

DOMO . VRBIVENTO

EPISCOPALI . MVNERE

CONSECRATO

AN. CIↃ IↃCCXXXII.

FVLGINIÆ . INDE

DELATO . DVM . CORPVS

VIDETVR . LOCVS . IBI

ET . MARMORATIS

LAVDIBVS

A. M. P. P. ET . HIC . M. P.

VITAM . DEFVNDIT . A. MDCCXXXV.

X.

D. O. M.

ASCANIVS . ARGELATI

QVEM . FELSINA . DEDIT

PLEBIPOLIMANÆ . ECCL.

CONSECRATVS

A. MDCCXXXVI.

PVLCRE . DECESSIT

ET . PROBE

A. MDCCXXXVIII.

XI.

D. O. M.

CAIETANVS . FRACCAGNANI

EX . DIOECESI . MONTIS . ALTI

EX . PATRIA . XISTI . P. V.

EP. EL. MDCCXXXVIII.

IS . SVMME

OMNIVM . DOCTRINARVM

STVDIOSVS . FVIT

A . VITA . DESCISCIT

AN. MDCCXLVIII.

XII.

D. O. M.

VIRGILIVS . GIANNOTTI

PATRICIVS . TIPHERNO

EX . EXEDRA . CANONICORVM

ECCL. HVIVS . PRÆSVL

DESIGNATVS

A. MDCCXXXXVIII.

HIC . IVSTITIÆ

ADIVNXIT . . PIETAS

ET . BONITAS

EMORTVVS

ARBITRIA . FVNERIS

SOLVTA . FVERE . A. MDCCLI .

XIII.

D. O. M.

HIPPOLITVS . GRATIA . DEI
EX . FORO . ALIENI . IAM
PAMPILON . PRÆPOSITVS
EX . CONCLAVI . CANONICORVM
ANTISTES . PRÆDESTINATVS
AN. MDCCLI . VIR . OMNI
AMORE . PROTECTIOR
VITALIA . LVMINA
LINQVIT
A. MDCCLIV.

XIV.

D. O. M.

ANGELVS . VENIZZA

CIVIS . PLEBENSIS

EX . COLLEGIO . CANONICORVM

EPISCOPVS . CREATVS

A. MDCCLIV.

AD . QVEM . ALTRIX . PATRIA

IVXTA . SOLVIT

PATERNO . FVNERI

A. cIↄ IↄCCLXX.

XV.

D. O. M.

EVANGELISTA . STEPHANINIVS

VALLIA . PATRIA

VIR . POLITÆ . ELEGANTIÆ

HVIC . EPISCOPALI . CATHEDRÆ

CONSECRATVS . AN. MDCCLXXI.

IN . BREVI . TEMPORE

VITÆ . CONIECTVS

LVCIS . VSVRAM

REDDIT

AN. MDCCLXXV.

XVI.

D. O. M.

THOMÆ . MANCINI

NOTÆ . VIRTVTIS . VIRO
DE . SOMNINO
ALBANVM
ARCHIPRESBYTERO
EPISCOPALI . MVNERE
DECORATO
AN. ciↄ ↄↄccLXXV.
TORMENTA . SALVTIS
TOLERANTI
DVM . MINYSTERIA
PRO . ÆTATE
TVRBAVERANT
EA . ABDICAVIT
A. Mdccxcv.
EXVVIÆ . IN . PATRIA
EDORMISCVNT
AB . AN. Mdccxcix.
MONVMENTVM
HOC
AD . IMMORTALITATEM
MEMORIÆ . GLORIOSVM
A. M. P. P.
P. P.

XVII.

D. O. M.

FRANCISCVS . GAZZOLI

PATRICIVS . INTERAMNATENSIS

TAM . CLARI . CIVIS . FORTVNA

NVTRITVS . IN . EPISCOPALI

CATHEDRA , ASCENSVS

AN. MDCCXCV.

OMNIA . PLENA . CLEMENTIÆ

IN . EO . FVERE

MANSVETVDINIS

BONITATISQVE

OMNIVM . MOERORE

AMERIÆ

TRANSLATVS

III. ID . SEXT.

MDCCC.

NVLLA

VNQVAM : ÆTAS

DE : SVIS : LAVDIBVS

CONTICESCET

XVIII.

D. O. M.

PHILIPPO . BECCHETTI
EX . FELSINA
DE . O. P. S. DOM.
PLEBENSIVM . ANTISTITI
ELECTO . ANNO . MDCCC.
DE . MONIMENTIS . ETIAM
VETERIBVS . EXORNATO
HVMANITATIS . ET . BENEVOLENTIÆ
REFERTO . CLERO . SVO . AMANTER
ADALLIGATO . DOMI
ABSTINACISSIMO
ET . ACTIOSO
SAPIENTER . HISTORIATO
DOCTRINAQ. EXCVLTO
MVNERI . EPISCOPALI
RENVNTIAVIT
VI. ID. QVINT.
A. MDCCCXIV.
ROMÆ
POENITENTIÆ . SVÆ
EXEMPLO . DATO
VITAM . DEMISIT
EODEM . AN. VIII. KAL.
SEPT.
A. M. P. P.
HOC . SIMVLACRVM
RELIGIONIS . C.
P.

XIX.

D. O. M.

F. B. CARENTIVS
EX . O. M. S. F. DE OPP. CRYPTARVM
MONTIS . PHISCON.
GREGIS . HVIVS . PONTIFEX
CREATVS . AN. MDCCCXIV.
VIII. KAL. SEPT.
CLARISS. ANIMI . DOTIBVS
FRETVS
BONARVM : ARTIVM . PATRONVS
ET . EXTIMATOR . ÆQVISS.
PIETATE . IN . DEVM
IN . AERVMNOSOS
MISERICORDIA
ERGA . OMNES
HVMANITATE . CONSPICVVS
AC . PROPEMODVM
SINGVLARIS
MINISTRORVM . ORDO
DVM . ADITVM . IN
SACRVM . HABET
HAEC
SVAE . EMBLEMATA
VIRTVTIS
P.

XX.

D. O. M.

CAMILLVS . DE . KAROLIS

CVPRAE . MONTANAE

ILLVSTRI . STIRPE . EXORTVS

PRAESES . CATHEDRE . HVIVS . EFFECTVS

X. KAL. APRILIS cIↃ IↃCCCXVIII.

IN . PRIMO . DIRECTIONIS . LIMINE

FATORVM . INIVRIA . PRECAEPTI

E . VIVIS . EREPTVS

O. VII. KAL. SEPT. ANN. PRIMO

AETAT. LXV.

XXI.

D. O. M.

IVLIANVS . MAMI . PATRICIVS . CESENAS

PLEBENSIVM . REGIMINI

GAVDIO . FVIT . ELATVS . VI. NONAS . OCT.

CIↃ. IↃCCCXVIII.

MEMORI . NVNQVAM . IPSVM

EXIMET . AEVO

A. Mosconi P. P.
in obsequii tesseram
S.

EMVS . CARD. GABRIELLIUS

IMMERTVS . MORI

PRO . BENEFICIIS

VOCES . TESTIFICANS . CHARTIS

PROMEBAT . GRATIIS

EPIGRAMMA

LATINVM . PLENVM

DE . OFFICIIS

NOBILE . INCISVM

EMO . D. D. IVLIO

S. R. E.

CARD. GABRIELLIO

ABB. COMMENDATARIO

S. IOANNIS . AB . EREMO

A. MOSCONI P. P.

VOLENS . FAMAE

DARE . VELA . SVAE
IN
SVMMI . MERITI
COMPLEXVM
D.
O. C.



I.

FORSITANS

ET . VOBIS . HAEC

ILLINC . GRATIA . VENIT

TANTVS . HONOR

DOMINI

SPIRAT . AB . ORE

MEI .

II.

PRINCIPI . CARO . CAPITI

NEC . POMPA . NEC . AVLA

ECCLESIAE . DECVS . EST

CVIVS . SPECTANDA

PER . AEVVM

EXEMPLO . ET . CALAMO

VERA . VIRTVS

MANET .

III.

PVRPVREIS . SPLENDORIBVS
ET . MORIBVS . MICANS
AMŒNA . PVRPVRATORVM
RVBEFIT . VESTIS . PRINCIPVM
HIC . COLOR . EST . DOMINI
ROSEO . CVM . DVLCE . PVDORE
PINGIT . LACTEOLAS
PVRPVRA . GRATA . GENAS

IV.

PELIX . GABRIELLIVS . TV . QVOQVE . VIDISTI
CITRA . PERNICIEM
NVDAM . INVITÆ . MISERICORDIS . FORMAM
EXILIO
ARCVS . SAGITTAS . PHARETRAS . ET . CONGREGANS
HÆC . SANE . OMNIA
ACCENDIT . SIMVL . ACERVVM . FLAMMIS
EDACIBVS
IPSOS . VERO . CORRIPIENS . DEBILES . MANVLAS
LIGAVIT
FVNICVLIS . IN . MEDIVM . VERO . INIECIT
IGNEM .

V.

D. O. M.

IVLIVS . TITVLI . S. THOMÆ
IN . PARIONE S. R. E.
PRESBITER . CARD. GABRIELLIVS
S. C. C. PRAEFECTVS
ABBAS . COMM. PERPETVVS . MON. S. PAVLI
DE. VALDIPONTE
S. IOANNIS . AB . EREMO
ET . SS. VITI . ET . PANCRATII
TOTIVS . ORD. EREM. S. AVG.
PROTECTOR
ARCHICONFRATERNITATIS
SS. NATIVITATIS . D. N. I. C.
NEC . NON . CIVITATVM . NEPESIS
NVCERIÆ . CASCIÆ . ASSISII
TVSCANIÆ . OTRICVLI
ET . MASSÆ
QVI
PLAGARIO . HYERNEQ.
LOCA . SVÆ . ABBATIÆ
VISITANS
ADFVIT . PRÆSENS . SINGVLARI . VIRTVTE
ET . SANE . MVLTVM
ADIVMENTIS . EXTERNIS
ET . ADVENTITIIS . VSVS . EST
NVLLA . VNQVAM . ÆTAS
DE . SVIS . LAVDIBVS
CONTICESCET .

VI.

D. O. M.

PLEBIPOLI
AD . LIMINA . SACRARVM . ÆDIVM . ACCEDENS
SACRVM . CONFECIT
XI. KAL. NOV.
cIↄ Iↄ ccc xvi
EAM . ARAM . ET . PVLVINAR .
VBI
SS. MARTIRVM . GERVASII . ET PROTASII
SVB . SAXO . SACRO
CONDVNTVR . EXVVIÆ
ADORAVIT
NEQVE . LOCO . QVICQVAM
PVLCHRIVS
NEC . AD . HOSPITIVM . COENOBITICVM
AGVSTINIENSIVM
VBI . DIVERTIT
NEQVE . EIVS . CLERO
POPVLOQVE . DEVOTO
PRÆSTANTIVS
DVM
CIRCVM . DVLCISSIMI . MODVLI
MVSICIS . CONCENTIBVS
RESPONDEBANT
ET . MARTIALI . VOCE
RECANTABAT . ECHO
HÆC . INSIGNITA
NOTÆ . VERITATIS
PERPETVA
SIENT .

VII.

D. O. M.

EMO D. D. CARD. GABRIELLIO
SACRA . SOLEMNIA . OBEVNTI
AD . PLAGARII . OPPIDVM
IN . PAROCHIALI . ECCL. S. SILVESTRI
V. KAL. NOV.
SVMMA . OMNIA . CONFECIT
CAEREMONIA
CVI
PRO . ECCLESIA
NEC . MINIME . DEFVIT
DOCTRINA . CERTE
ET . OTIVM
NIHIL
SANE . LAETIVS . NIHIL . FELICIVS
MEMORIA . NOSTRA
PRODIT . IN . LVCEM
A. M. P.
DVM . GLORIA
EST . VTRISQVE
POPVLARIBVS . SVIS
FECIT . ATQVE
EFFECIT
OMNI
OBSEQVIO .

VIII.

D. O. M.

EMO . PRINCIPI
RELIGIOSISSIMO . HVMANISSIMO . QVE . VIRO
QVIBVSCVMQVE . VIRTVTIBVS
EXORNATO
IAM . SENOGALLIENSI . ANTISTITI
AD . PRAEFECTVRAM S. C. C.
EVECTO
NITIDISSIME . SVIS
PERLVSTRIBVS . PIISSIMISQ.
ACTIBVS . MICANTI
NOBILISSIMAE . GENTIS
GABRIELLI
SPLENDIDISSIMO . GERMINI
ECCL. ABBATIAE . S. IOAN.
AB . EREMO . VISITANTI
OB
MAGNANIMITATEM .
MVNIFICENTIAM
HVMANITATEMQVAE
INTER . CAETERA
INDOLIS . ET . INGENII . SVI
ORNAMENTA
A. M. P. P.
HAEC
O. C. P.

Alla Foresteria de' PP. Agostiniani di Città della Pieve.

IX.

D. O. M.

HOSPITIVM . HOC
PRO . CLIENTELIS . HOSPITIISQ.
PROVINCIALIBVS . CONSTITVTVM
EMINENT . D. D. IVLIO
S. R. E. CARD. GABRIELLIO
EX . PRECLARISSIMIS . ATAVIS . PROGNATO
AD . PRÆFECTVRAM . S. C. C.
EVECTO
ET . T. O. S. P. A. PROTECTORI
XII. KAL. NOV. clɔ Iɔ cccxvi
SIBI . ET . FAMILIARVM . PARATVM
QVIBVS . VINCENTIVS . FIORI . PRIOR
QVI . PATERE . DOMOS . FECIT
MÆCENATI . SVO
HOSPITALIQ. ET . HVMILI . MENSA . DEDIT
OB . OMNIA . IN . PVRPVRATO . PRINCIPE
EX . ERVDITIONE . ET . LEPORE
INSTRVCTA
PLENA . CLEMENTIÆ . HVMANITATISQ.
QVÆ . ET . CHARITATIS . COMMENDATIONEM
CONSTANTISSIME . PERSONANT
SIGNVM . MARMOREVM
EBVRNEVM
AD . PERPETVÆ . EXISTIMATIONIS
FIDEM
P. S.

X.

AD . EREMVM
S. IOANNIS
QVEM
IVGA . MONTIVM
PRAEALTAE . SILVAE
RVPESQVE . INVIAE
SAEPIVNT
ACCESSIT
XIII. KAL. NOV.
COMITATVS . AB. INCOLIS
ET
DVM . AD . LOCA
SVAE . ABBATIAE
IRE . FESTINAT
CALCARIBVS . SVBDITIS
EFFVSO . CVRSV
EVNT
QVOD . QVE
AMORIS
EST
SIGNVM
PERPETVVM .

XI.

HIC
ANIMI . VOLVNTAS . IAM . PROPENSA
COMPROBATVR . EXCEPTVRIS . DONIS
PROPENSIOR . SVA . BENIGNITAS
IN . CALAMITOSOS
PRECES . DEINDE
SVPPLICITER . ADMOTAE
TEMPLVM . RESTAVRATVM
INTVETVR
EX
OMNIBVS . COGITATIS
PLACVIT . PER . PAROCHOS
AD. OMNE . OBSEQVIVM
DESTINATOS
TITVLVM
SOLEMNIS
OFFICII
P.

XII.

OMNI . OPVLENTIA · CONVIVIVM

QVOTIDIE . EXORNARI . IVBET
CVI
NON . PRESBYTERI . ET . PROCERES . MODO

SED . ET . IVVENES . VIRTVTIS

AMICORVM . ADHIBERENTVR
SVNT
HINC . IBI . SVNT . ET . HINC . AMICI
QVIBUS
CVM . DISCVBVISSET

EMINENTISS. PRINCEPS

PAVLISPER . EPVLATVS

CONVIVIO . EGREDITVR

SERMONEM . CVM . ADMIRATIONE

LAVDVM . EIVS . INSTITVEBAT

NEC . MINOR . ELOQVII

FLVXIT . AB . ORE

LEPOS .

XIII.

DISCE . ETIAM . DVPLICI . GENIALIA . VERBA

VERTERE . CONVENIVNT . DVLCIBVS . ILLA . MODIS

ROMANVS . EST . HIC . SERMO . ROMANI . SALES

NIHIL . INVENVSTVM . EST . ET . POETICVM

QVALE . SOLENT . NVGARI . IOCOSI . CÆTERI

GRATO . NON . PVDEAT . REFERRE . VERSV .

Lethum exitium
et
Fati Dies
Ejusdem Card. Gabrielli

I.



D. O. M.

EMO . ET . RMO . D. D. IVLIO GABRIELLIO

S. R. E. CARDINALI . PRÆCLARISSIMO

CARI . CAPITIS . SEQVACI . FIDISSIMO
CVI
PVDOR . ET · IVSTITIÆ . SOROR . INCORRVPTA . FIDES
QVIQVE
IN . MAXIMIS . OCCVPATIONIBVS

NVNQVAM . INTERMISIT . STVDIA . DOCTRINÆ

ADAM . MOSCONI . PLAGARII . PAROCHVS

DVM . EI . ARBITRIA . FVNERIS . SOLVIT

AD . PERPETVÆ . EXISTIMATIONIS . FIDEM
M. P.
QVIES . LASSO
VI. KAL. OCTOB. F.
ANNO . cIↃ IↃCCCXXII.
ÆTAT. LXXIV.



II.



INTEGER . ANIMI

DISTINCTVS . CVRIS

DVM . VIXIT . AMICIS

SVPREMA . CITIVS

SOLVIT . DIES.



III.

FELIX . PVRPVRA

CVI

PIA . THVRA.

SACROS . HONORES

PRÆBENT

QVIETEM . PLACIDI

ORANT

MOVENTQVE

SACERDOTES

TAM . SACRA

VOTA

DEO .

IV.

GELIDA . MORS
OFFICIIS . EXERCENS . SVIS
LVCIDVM . RAPVIT
ECCLESIÆ . DECVS
SEMPER . ARDENTES
ACVENS . SAGITTAS
COTE . CRVENTA

V.

PRÆCIPIT . RITVS . LUGVBRES . CANTVS

VOCEMQVE . CVM . CITHARA . DAR.

NVLLI . FLEBILIOR . QVAM

NEPOTI . AMANTISSIMO (*)

(*) Si Leggano le altre mie Iscrizioni Istorico-Latine Lapidarie, pubblicate per lo stesso Editore l'anno 1817. nelle quali si rilevano in foglio le singolari virtù del meritissimo Principe.

Moratae Puellae Dominicae Franceschini
Interitus
de qua
pellis et ossa

D. O. M.

OMNI . VIRTVTI
MARIÆ . DOMINICÆ
PETRI . FRANCESCHINI . FILIÆ
ET . CAMILLÆ · VXORIS . DOMO . PLAGARII
PVELLÆ . BENE . MORATÆ
CVI . ANIMÆ . INTEGRÆ
CORPVS . NIVEVM . CANDORE . VIRGINITATIS
ASSEQVEBATVR
QVODQVE . A. DVLCEDINE . VOLVPTATIS
ET . SCABIE . CARVIT
ADAM . MOSCONI . P. DVM . EI . ARBITRIA . FVNERIS
SOLVIT
HOC VT EXTET
INTEGRÆ . PERENNITATI
M. P.
OSSIVM . CONGERIES
HIC . EDORMISCIT
DONEC . VENIAT . VITÆ . RENOVATIO
MORS . RESERVATA . NATVRÆ
AD . IV. KAL. OCTOBRIS cIɔ IɔCCCXX.
ÆT. LXXV. M. VIII. D. I.

PLAVSVS POPVLI PLAGARENSIS

SPECTATORVM . INDICIVM
PRÆSTANTI . MERITO . CONGRVVM
ILLMI . ET. RMI . DD.
IVLIANI . MANNI . CÆSENAT.
ALTRICIS . PATRIÆ . HONORIS
CIVITATIS . PLEBIS . ANTISTITIS
VIRI . MODERATIS . SOLERTIS . VIGILANTISSMI
RERVMQVE . NOSTRARVM . FELICIS . TVTELÆ
SALVTISQVE . COGNITI
QVI . PLAGARIVM . PERGENS
EVANGELII . PRÆCONEM . SAPIENTISSIMVM
DECEMDIES . QVADRAGENARII . TEMPORE
ANNI . CIↃ IↃCCCXXIII. SE . PRÆBVIT
IN . QVO
ORATIONIS . INDVSTRIA . ILLA . SAPIENTIÆ
VVLTVS . VOCISQVE . QVALITAS . SPECTABATVR
IBI . ALTER . OPPORTVNVS . PRÆSENS . FVIT
RMVS. D. STEPHANVS . FOPPIANI

DOCTOR . THEOLOGVS

INSIGNIS . COLLEGIATÆ . MONTIS . LEONIS

PRÆSES · CLARISSIMVS

SOLICITVDINIS . SVÆ . ASSECLA

CVIVS . ELOQVENTIA . PACIS . EST . COMES . OCCIIQVE . SOCIA

QVÆQVE . PER . CONCIONES . ET . CATECHESES . MICAT

IS . PRO . MERITO . VIR . PER . MVLTO

CLARIORA . VERBA . PERMVLCENS . AVRES

DVLCES . ADHVC . SONVIT

IN . LAVDIBVS . CANTVS . VOCE . EXPERTA

HINC . MOEESTA . POPVLI . TVRBA . SE . SE . COMMOVET

OCVLIS . FLETV . RIGATIS . EFFVSOQVE . PER . GENAS

HIC . POENITVDO . HIC . RECORDATIO . PECCATI

ISTORVM . PRÆDICATIO . ABSQVE . SVBSIDII . ADMINICVLO

NON . FESSA . LABORE . DIOECESI

NON . GRATA . POTIVS . QVAM . VTILIS . VIDEBATVR

QVIPPE . HONORIFICE . GRAVITERQ. SEQVVTA

HÆC . OMNIS . NOSTRI . GAVDII . DEMONSTRATIO

LÆTITIAQVE . PVBLICA . SVNTO

A. MOSCONI . P. O. C. D. S. EX . V. P.

D. O. M.

LEONI . XII.

PONTIFICI . PRÆCLARO

PER . QVEM

DE . FORTI . DVLCEDO . EGREDITVR

CVI . OMNIA . TEMPORA . INTEGRAM . SIBI

PAVPERVM . CAVSAM . RESERVARVNT

IN . QVO . OMNIA

CLEMENTIÆ . MANSVETVDINIS

HVMANITATIS . QVE

DISTINCTE . OBSERVANTVR

QVI

FACILEM . IN . OMNIBVS . AVDIENDIS

ADMITTENDIS . QVE . SE . PRAEBET

E . GENGA . AB . ATAVIS

SVMMO . GENERE . ORTVS

SPOLETVM . PROGNATVS

IBI . QVIDEM . GRANDIS . NATV . PARENS

IBI . ET . NVTRITORIA . PRÆMIA . DEBET

IBI . STVDIVM . DOCTRINÆ . ATQVE . HVMANITATIS

EXERCVIT

VMBRIA . ENIM . GENVIT . HVNC

ROMA . VERO · NUTRIVIT

EX . ÆQVO . AVTEM . VTRIVSQVE . SAPIENTIA
EXCELLVIT
VOLVIT . NVNC . DEVS

VT . GLORIA . COMVNIS . SIT . VTRIVSQVE

LACRYMA . NIHIL . CITIVS . ARESCIT

PRO . MORTE . PONTIFICIS . PII . PP. VII. O. M.

CVIVS . FIDES . CONSTANTIA . ET . VERITAS

DE . QVO . HEV . MISERI !

DVM . FVNERA . FLETV . PATRIS . AMANTISSIMI

PER . ORA . GESTA . POPVLI . MOVENT

DVM . EXCITANTVR . FIDELES

AD . COELI . CONSPECTVM

ERIGERE . MONVMENTA

ET . PLAGARII . PAROCHVS
HOC
SOLEMNIS . OFFICII

AD . PERPETVÆ . EXISTIMATIONIS

FIDEM . ET . RELIGIONEM . VTRVNVIS
TITVLVM
P.

D. O. M.

ILLMO . ET . RMO . DD.
FLORIDO . PIERLEONI
AQVIPENDII . EP . TIBERINO
VIRO . INTEGRO . VIGILANTISSIMO
RELIGIOSO . PARCISSIMO . SINCERÆ . VERITATIS . STVDIOSO
IN . QVO . VITA . EST . ANIMI
CORPORIS . QVE . EXPLETA . VIRTVTIBVS
IN . CVIVS . HOMILIIS
TRACTA . QVÆDAM . ET . FLVENS
EXPETITVR . ORATIO
QVI . IVNIVS . FACILIS . ET . EXPEDITVS
AD . DICENDVM . SE . PRÆBET
IN . CVIVS . DIOECESANA . SYNODO
RES . TAM . PRÆCLARÆ
LATINIS . LITERIS . CONTINENTVR
QVI . PECVNIAM . IN . LOCO . NEGLIGIT
ET . MAXVMVM . PAVPERIBVS . FACIT . LVCRVM
DOMVS . SACERDOTIBVS . ET . AMICIS . APERTISSIMA
ET . PERHOSPITALIS
PROPENSIOR . SVA . BENIGNITAS . IN . CALAMITOSOS
CVM . NVLLA . VNQVAM . ÆTAS
DE . SVIS . LAVDIBVS . CONTICESCET
PLACVIT . PER . MOSCONI . P. P.
HOC . AD . OMNE . OBSEQVIVM . DESTINATVM
MARMORATIS . LAVDIBVS
TITVLVM . SOLEMNIS . OFFICII
P.
A. A. P. V. cIↃ . IↃCCCXXIV.

SALVTIS . AVGVRIUM

QVOD

ADAM . MOSCONI . P. P.

ILLVSTRISSIMO . ET . REVERENDISSIMO . DD.

FLORIDO . PIERLEONI . AQVIPENDII . EPISCOPO

MITTIT

VT . HONOS . AD . SVI . TEMPORIS . DIEM

PETITVS . EXTET . POSTERITATI



Ut fieri quidem Augurium ejusmodi, potuit, Dominationi Tuæ Illustrissimæ, & Reverendissimæ, mittere statui. Ast ne quidem dignum; sed tamen purum ex corde procedit, ut signa aliqua inauspicata obsequii mei omnibus appareant; Neque non salutis solum augurium facio, verum existimationis publicæ testimonium, quod ante fuit omissum, tam digno Pastori exhibeo. Tantum dicam de te, quantum non quivis unus de populo, sed existimator quidem, doctus, & intelligens de tuis meritis posset cognoscere. At cum mihi ille tam multæ, tam magnæ protinus se offerant de te virtutes, nempe pietas, pro-

bitas, humanitas, facilitas, aliæque id generis multæ, dilatis paulisper tuæ claritatis præconiis, statui dumtaxat in præsentia significare tibi, me quoque unum e multis, tuæ dotis amatorem esse, qui magno animi favore te veneror; eoque magis, dum datur mihi occasio, ex tuis operibus celebrandi tui nominis dignitatem. Et certe, præclara sunt „ quæ ingenio, studioque peperisti. Debetur namque tibi summa instituti Seminarii illius præclari tui forma, quod protinus quam creatus Episcopus es, flagrantissime amplexus videris adjuvandi, provehendique litteras, quæ proculdubio sine auctoritate, ac diligentia doctissimi Pastoris, aut interituræ penitus videbantur, aut ad pristinum statum rediturae. Nam et ingenia undique conduxisti, teque ipsis modo præstas, & quæ potes officia tribuis. Dum sanctas sermocinationes tuas perlego, divini Verbi pabulum, Populo exhibitum, & disertissimum considero. Nam, quid ego primum in hoc opere admirer? Reconditissimos locos video, & quasi sanctius illud ærarium literarum; unde nihil utilius, nihil publici juris dignum effertur. En ibi doctrinarum varietatem, & illius versiculorum, & undequaque fulgentissimam vestem. En testium quos citas, & auctorum dignitatem, simul ac numerum. De ornatu illo, facilitate, nitidissimaque eruditione quid sentiam? Quid de vario illo quodam, & prope vermiculato intertextu, qui un-

dequaque sermone lascivit ? Pulchre admodum, peramanter, ac Paterne, filiis tuis, traditum verbum agnosco. Candide sum pro amicitia gratulatus, ob eximiam laudem, atque adeo immortalem, quam tibi pulcherrimo hoc opere partam video; & quidem receptam Romæ a Persona doctissimi Revisoris apud Principem extimatu agens. Et de Diœcesana tua Synodo quid loquar ? Nonne liber ille est Ecclesiasticæ Legis omnes verborum flosculos captans, qui candorem tamen ubique latinitatis, & quasi pudicitiam præfert ? Ipsum indefessum lectorem, uno prope decursu, a præfatione, ad extremam illam coronidem tenet occupatum. Dum totam mentem meam ad afflatum divinum refero, delector amænitatibus ingenii tui: Licebit tamen mihi doceri a te modestiam, & humanitatem, qui cum sis homo eruditissimus, adeo teipsum dejicis, adeoque summisse geris, ut conferri te cum professoribus non patiaris. Dum literis amantissimis tuis loqueris de me, deque meis rebus, persuasum habeo, falli te dumtaxat amore nimio. Coeterum ego tam me scio tecum nec doctrina, nec fortuna debere conferri. Hortabor igitur, ut operas meas laudare desinas, in quibus es liberalissimus. Et si aliquid honoris dare volueris, hæc ingenii tui bonitas, candor & æquitas sient. Quid mihi tantum tribuis, tantum exhibes, tam parum merenti ? Cur tam honorifica præfatione me habere tecum cupis ?

Indignum, ut humillimum famulum addictissimum haberes. Certe

Neque ver de repente dulce, neque apibus
Flores, quantum mihi gratiæ Pierleoni gratæ

Vulgaris hæc, & jactata silentiis, inscriptio, sed tam vera, ut nemo a prædicatione tui digredi minus possit. Sed quid, vir humanissime, oratione longa detineo? Cogito quam sit arduum verbis exequi laudes. Hæc tibi litteris satis explicare non potui, significatione tamen parva ostendi. In te eruditio summa, & summa pietas est. Facile ergo sperare possunt subditi tui, temporibus tuis, futurum, ut recta studia, te auspice, ad dignitatem pristinam revocentur. De diebus tandem pretiosissimis tuis, sors ipsa viderit, aut si es in magnis rebus, meæ quoque preci Deo, & voto locus. Vale Antistes Præclarissime.

Plagarii XVII. Kal. Junii. 1824.



Super exequalia D. Camilli Bonelli Epitaphium .

I.

D. O. M.

PAVPERVM . PATROCINATORI
VITÆQVE . HVMANÆ . AMICO . BENEVOLO
CAMILLO . BONELLIO
DVCI . AC . PRINCIPI . ROMANI . SENATVS
EX . ANTIQVISSIMA . SVMMAQVE . GENTE
PII . PP. V. NATO
EIVSDEM . QVE . GENTILITIO . SVPERSTITI
CVI
DECORA . ANIMI . INTVEBANTVR
NAM . ET . PAVPERIBVS . IN . SVMMA . CHARITATE
FVIT
AC . VBERIORA . CIBARIA . SALICINIS . POPVLIS
FRVGVM . INOPIA . PRÆSTITIT
IN . RE . DOMESTICA . CONTINENTIÆ . LAVS
DVM . OMNIA . PLENA . CLEMENTIÆ
MANSVETVDINIS . HVMANITATIS . QVE
PLEBIS . CIVITATIS . POPVLI . SPECTABANT
ET . MOSCONI P. P.
HÆC
AD . PRINCIPVM . NOTAM
AD . DOLOREM . BONORVM . OMNIVM
GESTA . NE . PEREANT . NOBIS . MONVMENTA
DIEBVS
P. S.

II.

HABES . VNDE . OBSERVES

IN . IVVENE . PRINCIPE

ILLAM . PRÆCLARAM . SVAM . PATIENTIAM

DOLORIS . INFIRMITATIS

FIXÆQVE . POSITIONIS

RERVMQVE . OMNIVM . PRO . DEO

ET . IN . VTENDO . RATIONE

PRO . GLORIA . QVA . FRVITVR

III.

IVVENIS . MATVRITATE . AETATIS
AD . PRVDENTIAM
CVI
PROVIDA . SOLERS . QVE . NATVRA
DEDIT . IN . INFIRMITATE . ANIMVM
NON . POTERAT . FATO . NOBILIORE . MORI
NVLLI . FLEBILIOR . QVVM . FRATRI . AMANTISS.

IV.

BREVI . CONIECTVS . TEMPORE . VITAE
MAERENTIBVS . BONIS . OMNIBVS
GAVDIO . HOC . FALSO . FRVIT

V.

SVA . LOCATA . LOCO . MEMBRA

IN . ECCLESIA : PP. M. S. FRANCISCI

CIVITATIS . PLEBIS

EDORMISCVNT

MORTEM . OPPETIT

Maria Rosa Nicchiotti
Suprema Patris sui ordinavit

D. O. M.

KAROLO . NICCHIOTTI . IVNIORI
ANGELI . ET . OLIMPIAE . GREGORI . FILIO
DOMO . S. ARCANGELI . AD . TRASIMENVM
VIRO . MORIBVS . PERPOLITO
IN . PAVPERES . BENEFICO
PATRIAE . FVLCIMENTO
FIDELIVM . ANIMARVM
IGNI . EXPIANTIVM . ANXIO
PROH ! DOLOR . VENTO . SOLANO
AD . TRASIMENVM . IPSVM . SVBMERSO
DIEM . EXTREMVM . MORTE . CONFECIT
IDIBVS . AVG. AN. clɔ Iɔ CCCXVI.
ÆT. LXV.
CORPVS . POST . TRIDVVM
AD . LITVS . NANCISCITVM
ET . IN . HAC . SAEDE . TRANSVECTVM
HIC . TERRÆ . SITVS . VBI . INFODERE . CVRARVNT
MARIA . ROSA . FILIA . AMANTISS.
ET . ANGELVS . BILLI . CONIVGES
HEV . MISERI . AFFECTI . ERVMNOSI
M. H. P.

Ex virtutibus Emi Card. Serlupi
Laus

D. O. M.

EMVS . ET . RMVS . D.
D. FRANCISCVS . SERLVPI
IAM . IN . SENIORIBVS . S. R. ROTÆ
SVMMVS . PRÆSES
QVI
SVPER . LIBROS . ETIAM . IPSOS . LEGVM
DIGESTORVM . QVÆ . QVIBVS . REGIMVR
DISERTISSIMVS
NVPER . S. R. E. CARD. A. PIO . P. VII. P. O. M. F. R.
CREATVS
ET . ABBATIÆ . S. IOANNIS . AB. ÆREMO . ELECTVS . A.
PVRPVRATIS . VIRIS . DECESSORIBVS . SVIS
VESTIGIA . SEQVTVS
COMMENDATIS . PAROCHIIS . DONA . PLVRA
EST . ELARGITVS
DVM . VERBA . ELOGIA . DICVNT .
ET . A. P. PAROCHO . NON . IN . POSTERIORE . LOCO
PRO . MAXVMO . AMORE . ZELO . PIETATEQVE
NOMEN . EVVLGATVR
HOC . QVE . LAPIDEVM . COMMENTVM
O. C.
D. S. L. D.

Parce; verba meà grata offero: nam plurima Patrono
Huic ego Te propter premia contribuam

Plausum dabo egregio Principi, quem protinus omnis
Perpetuo celebret nomine posteritas

Cumque bonis verbis, & cum prece, cumq. postulatu
Salve o Pater, curas protege, & greciam

Salve hinc absens, quandoq. huc flecte pedes
Ac rerum nostrarum sis precor auxilio

INSCRIPTIONES

QVAS

PLAGARENSIBVS FAVSTA FACIENTIBVS

PRID. IDVS SEP. AN. CIↃ IↃCCCXIII.

CVRATOR SACRORVM

DEDICAT.

D. O. M.

R̃MO . D. D. PHILIPPO . BECHETTI
CIVITATIS . PLEBIS . ANTISTITI
VIRO . PRAESTANTISSIMO . ET . CLARISSIMO
INSIGNI . HVMANITATE . PRAEDITO
VTRIVSQVE . NOSTRVM . AMANTISSIMO
HISTORIA . ERVDITO
DISCIPLINISQVE . OMNIBVS . EXCVLTO
A. M. PLAGARII . SACRA . GERENS
MONIMENTVM . SVPERIORI . SVO
DE . SE . OPTIME . MERITO
E. C.

D. O. M.

HAEC
PONTIFICIS . PAVLI . III. ADVENTVS
IN . HAC . TERRA
MEMORANDA . ANNIVERSARIA . FESTIVAQVE
DIES . EST
QVAE . PRID. IDVS . SEP. ANNI cIↄ IↄXLIII.
OBTIGIT . VRBIVENTO . REDVCIS
HVC . PERNOCTAVIT
DEHINC . PERVSIVM . COMMEAVIT
GRATIIS . INCOLIS . IMPERTITIS
GVIDO . TVNC . CARDINALI . SFORTIO . IMPETRANTE
PARI . IAM . INDE . HONORE . DECORATI
A . IVLIO . II. PONTIFICE . ALTERO
ANNO . cIↄ Iↄ x.
POPVLIS . MIRANDOLAE . PVGNANTIBVS
OCCASIONE . SIBI . OBLATA
PLAGARENSES . AD . MEMORIAM
GLORIAE . SEMPITERNAM . MONIMENTVM
D. S. EX . V. PP.

Perusiæ . Ex Lib. Archiv. Cum Sig. xı. Fol. 6. Tit.



D. O. M.

PLAGARII . OPPIDVM . PERVETVS

ARTE . VITREA . SINGVLARE

GENVS . SANE . ILLVSTRE

PICO . GRARIO

FVNDATORI . SVO . SEV . RESTITVTORI

VETERIS . SPLENDORIS

POSTHVMI

MEMORIAE . CAVSA

AEDIBVS . SVIS . MONIMENTVM

F.



D. M.

IVLIO . CAESAREO . PATRICIO . PERVSINO

ANT . F.

SVMMAE . LAVDIS . ET . GLORIAE . VIRO

IN . PATRIA . MAIORIS . REI . NEGOCIA

GERENTI

A. M. PLAGARII . CVRIO

IN . PERENNE . OBSEQVENTIS . ANIMI . SIGNVM

M. P.

D. M.

RMO . D. ALOYSIO . BRAMIO . VIRO . CLARISSIMO

TIFERNATENSI . NVNC . ARCIPRESBITERO . CLVSINO

PRÆCEPTORI . OPTIMO . DE . LATINA . LINGVA

PROMERITO · ELEGIOGRAPHO . NITIDO

EGREGIO . RETORI . ELOQVENTISSIMO

PRO . EPIGRAMMIS . HYMNOQVE

NOBIS . MISSO

VT . NIL . IVSTITIÆ . HOMINI . CARO . SIBI . DEBITÆ

DESIT

PLAGARII . PAROCVS . AMICITIÆ . CAVSA

M. P.

D. M.

CARVSIO . MAGISTRO . ILLVSTRI

PSALMVM . NOVVM . DEO . MODVLANTI

LYRISTIBVS . AENEATORIBVS

ALIISQVE . IN . TYMPANIS . LAETITIAE

ET . IN . SISTRIS . AD . HARMONIAM

CANENTIBVS

A. M. P. P. EX . COMVNI . PLAVSV . COENOTAPHIVM

DEDICAT



D. O. M.

PLAGARII . ECCLESIA
FESTIVIS . ORNATA . POMPIS
ANNO . MDCCCXIII . PRID. ID. SEPT.
SIC . ELVCEBAT
AD . PARIETES . HOLOSERICI . QVINGENTI . DE . BYSSO
RETORTI . ET . COLORE . PVRPVREO . TINCTI . HYACINTOQVE
AC . FLAVO . VARIATI . OPERE . PLVMARIO . PVLCHRA . VARIETATE
CONTEXTO . ERANT
BASES . DVODECIM . ARGENTATÆ . AC . DEAVRATÆ
POST . TERGVM . TABERNACVLI
CRVCIFIXI . IMAGO
IBI . TENTORIVM . POSITVM . A . DEORSVM . VSQVE . AD
SVMMVM . LAMINIS . DEAVRATIS . OPERTVM
SAGA . CILICINA . CENTVM . OPERIEBANT . TECTVM . TEMPLI
QVIBVS . CRISPÆ . IVNCTÆ . MIRABILITER
OPERIMENTVM . ALIVD . TECTO . ERAT . DE . CARTIS . RVBRICATIS
ET . SVPER . HOC . RVRSVM . ALIVD . OPERIMENTVM . DE
IANTHINIS . COLORIBVS . MISTERIA . PASSIONIS . CHRISTI . INDITANS
HOCQVE . GENERE . SVMMÆ . VETVSTATIS . ARS . QVÆ
DESIDERABATVR
ANTONIO . TOMASSINIO . SOCIISQVE . ORNATORIBVS . PERVSINIS
PLAGARENSIVM . SACRA . GERENS
DECORI . CONSVLENS . DOMVS . DEI
VTI . ALTERNA . MEMORIA . CVM . POPVLARIBVS
VNA . SIET . D. S. P.

INSCRIPTIONES

QVAS

IN . HONOREM

BEATISSIMAE . MATRIS

MARIAE . VIRGINIS

AC . IN . PERENNE . ANIMI . FILIALISQUE . AMORIS . MONIMENTUM

ADAM . MOSCONI

PLAGARII . SACERDOS . PAROCHVS

D O N A

PROTECTRICIS . TANTAE

AC . AMATRICIS

NON . TACENS

DEDICAT

D. O. C.





ℯ℥oт oxo

I.

IMAGO . HÆC
B. M. V.
PRÆCLARIS . SIGNIS VIRTVTIS . EXPRESSA
QVÆ
ARAM . OLIM
ET . ÆDICVLAM . S. SEBASTIANI
TRANS . FLVMEN . DICAVIT
AD . AMNIS . LIMEN
SAÇELLO . ALTERO . LOCATA . FVIT
AT
PORTENTA . OSTENDENS . PLAGARENSES
ÆTERNA . TRIVNPHI . LAVDE
EAM . DECORARE . STATVERE
ET
AD . PAROCHIALEM . ÆDEM . TRANSTVLERVNT
PROCESSIONE . PVBLICA . INDICTA
TRANSLATIVSQVE . DIES . FVIT
V. KAL. SEPT. AN. CIↃ IↃ CCXCVI.
PIVS . VI. PONT. MAX.
FESTO . DIE . IN . SINGVLIS . ANNIS
DOMINICA . PRIM. AVGVSTI . INDVLGENTIAM
PLENARIAM . NOXIÆ . NOXIÆQVE . VENIAM
OMNIBVS . DICTAM . ÆDEM . VISITANTIBVS
EX . VALIDA . ECCL. ROM. FORMA
ELARGITVS . EST.

(1) *Idest Deipara*.

II.

I . X . Θ . Y . Σ

ABDITA . HAEC . INCVLTAQVE . SPECIES
PIOS . TENET . OCVLOS . INTVENTIVM
CVMQVE . ANIMVM . IN . IPSA . IMAGINIBVSQVE
VIRTVTVM
AD . REM . VERITATEMQVE . APPVLERIT
ARTIFEX
QVAM . SIBI . PROPOSVIT . IMITANDAM
PROTINVS . MIRE
COLLVSTRATA . COLORIBVS . FVIT
TVM . PIE . SANCTEQVE
EAM . COLERE . CEPERE
PLAGARII . INCOLAE
TVMQVE
MIRACVLORVM
ΕΥΔΟΞΙΑ FAMA .

III.

AN. ClƆ IƆ CCXCVI

PLACIDO . DVM . SONO . FONTES . ET

STAGNA . CIEBANT

AESTIVIS

HOCCE . PLAGARII . OPPIDO

SUPPLICATIO . PVBLICA . INDICITVR

SIMVLACRO . HVIVS . PICTVRAE

CVI . BLANDIS . ADIBANT . SONIS

LYRISTES

VRBANAEQVE . MILITIAE

POPVLIQVE . OMNES . DEVOTI . SVI.

IV.

QVAE . REDDITVR . HALMA
NON . SOLVM . PVELLA . VEL . VIRGO
SED . CVM . ADIVNCTO . VIRGO
ABSCONDITA . DICITVR
ET . SECRETA
QVAE
NVNQVAM . VIRORVM . PATVERIT
ASPECTIBVS
SED . MAGNA . PARENTVM . DILIGENTIA
CVSTODITA . SIT .

V.

NEC . IOSEPH . VIR . IVSTVS

IN . HANC

PRORVPISSET . AMENTIAM

VT . MATRI . DOMINI

MISCERETVR .

VI.

O . TEMPLVM . TRIADOS
O . DOMVS . AVREA
DE . CORDE . POSTVLANTIBVS
OSTENDE . MATRIS . VISCERA
ET
TVOS . MATER . VENERANDA . SERVOS
PONE . SVB . VMBRA.

VII.

D. O. M.

AN. I. C. CCLXXXVII. CAI. IV. V. VI.
DIOCLETIANI . MAXIMIANIQVE . IV. V.
DVM . PRÆCIPVE · FIDELES . INGENTI . COLVERE
NVMINE . DIVOS
SEBASTIANVS . NARBONENSIS . DVX . PRIMÆ
COHORTIS . ROMÆ . ERAT
VIR . PIETATE . ET . RELIGIONIS . LAVDE
PRÆSTANTISSIMVS . AC . INSIGNI . IVSTITIA
CVLTVS . EXIMIOQVE . VIRTVTIS . ET . HONESTATIS
SPLENDORE . ILLVSTRIS
HIC . HEROS
OB . CHRISTIANÆ . FIDEI . PROFESSIONEM
IN . CAMPO . AD . STIPITEM . LIGATVS
SAGITTIS . TRANSFIGITVR
AC . IN . PALATII . SIPPODROMO . DVCTVS
TANDEM . FVSTIBVS . MACTATVS
SPIRITVM . EXHALAVIT
TORMENTI . GENVS . ET . SANIE . TABEQVE
FLVENTIS . COMPLEXV . IN . MARTYRE
LONGA . SIC . MORTE . NECABAT

VIII.

PVER . IESVS

FRANCISCO . SERVO . SVO

LVDIBVNDVS . DAT . GRATIAM

VT

INNOTESCAT . MVLTIFORMIS

SAPIENTIA . DEI .

IX.

EGO . FRANCISCVS . SERVVS . DEI

ΕΛΑΧΙΣΤΟΝ . MINIMVS

FLEBAM . SVPER DILECTO . MEO

QVI . AFFLICTVS . ERAT

ET

COMPATIEBATVR . ILLI

ANIMA . MEA .

X.

D. O. M.

HICCINE . EST . ILLE
CHRISTI . SERVVS . PETRVS . ALCANTARÆ
QVI . HERBIS . AGRESTIBVS . ET . VIRGVLTORVM
QVORVNDAM . RADICIBVS . CRVDIS . SVSTENTATVS
IN . VITA . SENTIENS . EX . INDE
CALIGARE . OCVLOS . SVOS
ET . TOTVM . CORPVS . IMPETIGINE . ET
PVMICEA . QVADAM . SCABREDINE
CONTRAHI . AD . SVPERIOREM . VICTVM
ADIECIT . OLEVM . ET . VSQVE
AD . LXIII. VITÆ . SVÆ . ANNVM
HOC . CONTINENTIÆ . CVCVRRIT . GRADV
DVM . CONTRITIONIS . LACHRYMÆ
PEREDEBANT . HVMORE
EXANGVES . GENAS.

XI.

DOMVS . SANCTÆ
VBI
GABRIEL . ANGELVS
MARIÆ . IOSEPHO . DESPONSATÆ
ANNVNTIAVIT . CONCEPTVM
IESV . FILII . DEI . DE . SPIRITV . SANCTO
QVAQVE . EX . CIVITATE . NAZARETH
NVNC . LAVRETI . IN . PICENO
OPE . ANGELORVM
TRANSLATÆ
VENERATVR
ANNIVERSARIA . DIES . COLITVR
ETIAM
A . POPVLO . PLAGARENSI
QVORVM . PAROCHVS
INSTAR . HOC . COENOTAPHII
DEIPARÆ . VIRGINI
DEDICAT
D. O. C. Q.

XII.

ÆDICVLA . ILLA
IPSA . EST . LAVRETI . IN . PICENO
IN . QVA . BEATA . VIRGO . ANNVNCIATA
FVIT
ATQVE . INITIVM . HABVIT . HVMANA . REDEMPTIO
DONIS . MIRACVLISQVE . CELEBRATISSIMA
TAMETSI
SCOMMATE . OBLATERET . PRÆ . NOVATORIBVS
APOSTATA . VERGERIVS
IN . IDOLO . MARIANO . THOM . BERNEGER
BASNAG . ALIIQVE . PERDITI . HOMINES
AST
CVM . DE . FVMO . VIDENTVR . HERCVLE . LITIGARE
INTER . SE . OMNES . ISTI
TRANSLATIO . ISTHÆC . VIRGINIS . NATALIS . DOMVS
OBTIGIT . DIE . X. DECEMB.
ANNI cIↃ cc xciv.
PETRI . IN . CATHEDRA . ASSIDENTE
S. COELESTINO . V.
IDQVE
PONTIFICIIS . DIPLOM.
COMPROBATVR .

XIII.

AB . LIMINE . TEMPLI

AC . VESTIBVLO

SALVTANDÆ . VIRGINIS . SACRÆ

CAVSA

DOMVNCVLAM . ILLAM . SVAM

DVM . INGREDIMVR

ARCESSENDÆ . POENITVS

IRREVERENTIÆ

ERVNT

SPIRITVALEM . SI . REM

IVRE . STVDEMVS

TVM . INTIMAM . CVM . MATRE

FAMILIARITATEM

HABEBIMVS.

XIV

O . SI . LICEAT . ILLAC . EXCVRRERE
QVAM . ME . SVPPLICITER . ADVOLAM
MATRIS . AMANTISSIMÆ . PEDIBVS
QVIBVS . EAM . VERBIS (ITA . ME
DEVS . AMET) ETIAM
LACRYMIS . OBSECREM
NE . VLLVM . VNQVAM
ME . CONTRA . DEVM . FIERI
FLAGITIVM . PERMITTAT
AT
SIT . SALTEM . PIACVLVM . INTER . FESTVM
PRÆSENTIVM . GAVDIORVM
LVCE . MISCERE . TRISTITIAM . PECCATORVM
ABSITQVE . A . NOBIS . AMOR
HVIVS . AVRÆ
AC . MVNDI . VELLE
PERITVRA . POMPA .

XV.



ILLA . AVTEM . VENERANDA . DOMVS

E . SYRIA

ANGELORVM . MYNISTERIO

AD . TERSACTVM . PRIVS . IN . ILLYRICO

AC

ITALIA . POSTMODVM . TRANSVECTA

INTER . RECINETVM . ET

MARIS . ADRIATICI . ORAM

IN . LOCO

CVI . NOMEN . LAVRETVM . SVBSISTIT (1)

ET

HODIE . ADHVC . SVMMA . INDIGENARVM . RELIGIONE

AC . PEREGRINORVM . VNDIQVE . CONFLVENTIVM

PIETATE . COLITVR

SVB : TITVLO

DOMVS . LAVRETANÆ.

(1) Anno 1294 sub Cælestino V.

XVI.

PARVA . ILLA . DOMVS

SVB . SAXO . SACRO . MARIÆ . VIRGINI

DICATA

IN . CIVITATE . ERAT . LOCATA . NAZARETH

VNDE

NAZAREVS . DICTVS . EST . CHRISTVS

AT

DECEMBRIS . IV . IDVS

DVM . FRIGIDVS . HYBERNVS

CANA . NIVE . CONSPVIT . ALPES

NOCTIS . CONCVBIO

LAVRETI . A . CAELITIBVS

EVECTA

FVIT

HVNCQVE . PLAGARIO . INVENIENS . DIEM

IVRE . DEO . SACRVM .

XVII.



O . VNICA . SPES . DESPERANDORVM

SVBSIDIVM . AVXILIVM

SVB . TVTELA . ET . PROTECTIONE . TVA
TVTI . SVMVS
PROFVGIVM . PRAESENTISSIMVM

AD . QVIDVIS . A . FILIO . IMPETRANDVM

PROTECTRIX . ET . AVXILIATRIX

PRÆSERTIM . IN . HORA . MORTIS . ET . IVDICII

TIBI . DOMINA . NOSTRA . SVPPLICITER

CLAMAMVS

NE . DVLCIS . FILIVS . TVVS . ET . VITÆ . OMNIVM
DATOR
OB . MVLTA . QVÆ . PATRAVIMVS . SCELERA

TOLLAT . NOS . DE . MEDIO

PER . TVAM . INTERCESSIONEM

GLORIAM . AETERNAM

CONSEQVI . EXOPTAMVS.

XVIII.

NOS . TE . O . IMMACVLATA . ET . BENEDICTA
FILII . TVI . DEIQVE . OMNIVM . MATER
INCVLPATA . PVRA . INTEGRA
SACROSANCTISSIMA . DESPERANDORVM . SPES
ET . DAMNANDORVM
COLLAVDAMVS . ET . BENEDICIMVS . TIBI
VT . GRATIA . PLENA
QVÆ . CHRISTVM . GENVISTI
OMNES . TIBI . ADVOLVIMVR
OMNES . TE . IMPLORAMVS
ERVE . NOS . O . INTEMERATA
A . CVNCTIS . DIABOLI . TENTATIONIBVS.

XIX.



ESTO . NOSTRA . CONCILIATRIX
ET . ADVOCATA . IN . HORA . IVDICII
LIBERA . NOS
A . FVTVRO . IGNE . ET . TENEBRIS
ET . TVI . FILII . GLORIA
NOS . DIGNARE .



XX.

SALVE . IGITVR . INCLYTA . FAEMINA

FILIA . AETERNI . PRINCIPIS

PRIMA . IN . OMNIBVS

MATER . AETERNI

INVIOLATA . VERBI

VIVE . PER . AEVVM

Bene actae vitae recordatio
jucundissima R. P. Joseph Belli.

D. O. M.

R. P. IOSEPH . BELLI . PERVSIA . PATRIÆ . SOLVM
O. M. C. S. FRANCISCI . IN . CÆNOBIO
CIVITATIS . PLEBIS
S. TH. MAGISTER . ET . EXAM . SYNOD.
VIR . NATVRA . PIVS . ET . RELIGIOSVS
QVI
SINE . AMBITIONE . PERFERENS
INIVRIARVM . PRO . DEO
DOMVM . RELIGIOSORVM . SATIS . CLAVSAM
AVXIT . FAMILIAMQVE . REXIT . ECCLÉSIAM . EXORNAVIT
RELIGIOSÆ . SVÆ . VOCES . AVRES . QVE . MODESTÆ
NEC . MEDIOCRIS . STATVS . SERMONIS . AC . PREDICATIONIS . F.
VT . ALTER . IN . VVLGVS . IGNOTVS . ABDVCTVS
IAM . S. CONVENTVS . ASSISIVM . CVSTOS . STVDIOSVS
SANCTIMONIALIVM . DISCIPLINÆ . INSTRVCTOR
PRO . ADOLESCENTIA . INGENIO . QVESITVS
IN . COLLEGIO . CLERICORVM . ADIVMENTA . DOCTRINÆ
PRÆBVIT
DVM . SENECTA . IN PERICVLIS . CVM . LAVDE . ET . VIRTVTE
VERSABATVR
MORS . ILLI . SVPREMVS . DIES . MINITATVR
SENSVS . AC . VITA . CARENS . CONCIDIT . VI. ID. FEB.
CIƆ IƆCCCXXV. ÆT. LXXVIII.
A. M. P. P.
IN . BENEMERITOS . ANIMVM . PRÆSTANTEM
D. P. S. M. P. S.

II.

Bellius docuit, meditans tibi grata sacerdos
Cum in se composito cerneret interitu;

Irae malum sortem, nec fugit quippe ille, suamque
Ad montem Syon sustulit effigiem.

III.

HÆC . ILLA . SVA . FVIT . AVT . NON . MAGNOPERE . DISSIMILIS

VIRTVS . HVMILITATIS . NOMINE

CELEBRATA . CHRISTIANIS

QVÆ

VT. AD.SALVTEM .ÆTERNITATIS.QVE. GLORIAM

CERTISSIMA . EST . VIA

SIC . IN . OMNI . VITA . HOMINI . PRÆCIPVE . LITERATO

NECESSARIA . COMES . EST

SINE . QVA

NEC . DOCILES . IN . INVENIENDO

NEC . PRVDENTES . IN . IVDICANDO

FVTVRI . SVMVS .

IV.

AMORE . RELIGIONIS . FLAGRANS

SVÆ . VOCES . ADEO . PIETATIS . ET . CARITATIS

PLENÆ . FVERE

VT . OMNIBVS . QVOS . DILIGEBAT

ET

VOLVPTATEM . IN . PROSPERIS

ET

SOLATIVM . IN . ADVERSIS

AFFERRE . POTVIT .

PVBLICIS FLORENTIAE

LITTERARVM

AC BONARUM ARTIVM

ACADEMIIS

PVBLICUM GRATI ANIMI TESTIMONIUM

EXHIBET

ADAM MOSCONI

Phil. ac Th. Doct. Collegiatus Perusinus , ejusdemque Civitatis Eulisteae Augustus, in Hetruria Columbarius inter PP. AA.

OLMENUS EUBOEUS &c. &c.

VOTAQVE HUMILLIMA

PRO HONORIFICA SUI COOPTATIONE

SOCIIS SUIS AESTIMATORIBUS

ÆQUISSIMIS REPENDIT

ANNO 1806.



Ergo hoc quidem perspicuum est, eos ad impetrandum deligi solitos, quorum de justitia magna est opinio multitudinis. Cic. de Offic. Lib. II. §. 9. pag. (mihi) 98.

Quid Eloquentia praestabilius, vel admiratione audientium, vel spe indigentium, vel eorum, qui defensi sunt gratia? Cic. de Offic. Lib. 2. §. 13. pag. (mihi) 110.

Nihil mihi optatius, nihil felicius accidere poterat, quam quod vestris Academiis sociari, ornatissimi Viri, non apud Nostrates modo, sed etiam in Gallia, Germania, exterisque aliis Regionibus celeberrimi (A). Egregio me affecistis munere, quare vestris erga me studiis delector. Pietas mihi est in referenda vobis gratia jucunda. Haud ægre impetravi, ut Latinæ meæ ac Italicæ disceptationes, in Regalibus *Laurentiana*, *Marucelliana*, ac *Magliabechiana* Bibliothecis positæ, vestro illæ nomine sint decoratæ, vestroque suffultæ patrocinio in conspectum Literatorum prodeant: Nam quæ tria in summis viris spectanda potissimum sunt, dignitatis amplitudo, & quæ cum ea jungi non nisi difficillime consuevit, singularis facilitas animi tum etiam pulcherrimarum omnium artium, ac disciplinarum amor eximius, ea in vobis sociata suspicit ac prædicat, felix Regno vestro Dominatrix Florentia, plaudente quoque Italia tota. Præclara sunt, quæ ingenio, studioque vestro peperistis. Thuscæ eloquentiæ fama ad ultimas terras pervadit, ac sententiæ vestræ Reipublicæ Literariæ rationibus conducunt. Vestræ summæ laudes excelso, & illustri loco

sitæ sunt, dum floretis ingenio. Vestræ sapientiæ est veram laudem in una virtute positam existimare. Plura itaque sunt quæ vobis debeo, dum illustri, incogitatoque munere me decorastis: Aequum est ut vobis quas re vix, aut ne vix quidem referre possum, verbis saltem gratias agam, agamque dum vivam: æquum est inquam ut vestris beneficiis publice ornatus, grati animi publicum aliquod pignus deponam. Faxit Deus optimus maximus, ut uberiores, lautioresque fructus in publicis vestris Academiis commoda maturem, magnamque omnibus in rebus vestræ dignitatis rationem habeam. Et ne defraudetur spes, quam de me concepistis, omni mea gratia, studioque, de vestra re nitar, vestræque voluntati serviam. Accipite ergo amplissimi bonarum artium cultores, benigneque accipere dignamini primum hocce specimen tenue utcumque industriæ meæ in novo meo officio, ac pro prima disceptatione, eloquentiæ encomium accipite, non intra musæi otia politum, sed vagando cogitatum, æstivis confectis. Et quoniam sic jubent hujusce venerandæ Academiæ leges, & usus, vestraque id a me postulat expectatio A. O. intra mœnia vestræ benignitatis audax, vires jam jam experiar.

Moderatricem animorum eloquentiam, suimet armis, hoc est verbis exagitari a quamplurimis oblocutoribus, vetus ne est illius infortunium ne dicam, an encomium, Academici

Sapientissimi ? Nulla Respublica, si felicitatem humanam philosophico sensu extimamus, feliciores homines præstat, quam Respublica eloquentium Litteratorum. Quid enim (rogo vos) fastidiosissimis semper, & hoc præsertim ætatis, ingeniis hominum accomodatius occurrere potest, quam lenitudo politioris facundiæ, qua dulcescat, vel saltem mitescat acerbilitas sapientiæ, primoribus præsertim rudiorum tyronibus labris, dum primis rudimentorum corticibus adhuc hærent ? Litteris nihil est uberius; omnibus in nationibus vigent, nec jucundius quidquam est sapientibus, quam sermo litterarum. Sunt qui totum diem Ciceronis lectione consumunt; & si pro viribus labor, ac spatium esset mihi, nihil tam foret optandum, sed studiorum vacationem habet valetudo. Una eloquentium est ars, quæ coloribus suis urbanam appingit elegantiam agresti Philosophiæ, & reliquis disciplinis severioribus, allinit artificiosum decorem. Id peracute conjectaverant perspicacissima terrarum orbis ingenia, & primaria inter sapientes oracula, ideoque ad doctrinarum monumenta suarum magis magisque celebranda, visum illis est per artis eloquentiæ aucupium conquirere. Sapientissimi quoque viri non dubitarunt eidem facultati debitum confiteri, quod sciunt, quæ facultas quandoquidem, ornatu suo, velut litterario mundo, scientiam omnem convestit, in omnis amorem studiumque scientiæ, omnes in-

geniorum curas inflammat. Quapropter si quispiam opportunitatem sibi factam arripiet quærendi ex me, quid sit, quod aures humanæ ornatu verborum tantopere capiuntur: Imprimis hujuscemodi veritas experimento satis obvio comprobatur; quod si præterea subit animum cupiditas explorandi, quantum eloquentiæ facultati, non Oratores solum, sed reliqui cujuscumque generis Sapientes debent, in hunc fere modum breviter ratiocinando rem exequar.

Atque ut initium sumam ab eo, qui facile primas omnium partes obtinuit; Plato divinus matronalem Philosophiæ suæ gravitatem, tanta specie, pompaque verborum coloravit, ut ipsam pene Rhetoricam ab eo doctam Philosophari credideris. Certe quicumque ejus pervolutandis operibus suam operam navat, fatetur protinus Philosophicæ mentis aciem apud aliquos exuccis; & avaris verbis vibrantem acumina sua, velut in arcto miserrime laborare, apud Platonem vero per amplissima eloquentium spatia quasi magnifice triumphantem incedere; in illis enim dissertissimæ sapientiæ viridariis, nihil non floridum legitur, nihil non amœnum, nihil non liberale. Et esto præ cunctis, vel illud de Platone antiquitus dictatum, & jactatum vulgus; eum non divina tantum, sed tam divine locutum, ut si quando summus Jupiter verba protulisset humana, prolaturus Platonica censeretur; vel illud sane ab Augustino de eodem

Platone affirmatum = ita locutus est Plato, ut quæcumque diceret, magna fierent; ea locutus est, ut quomodoque diceret parva non fierent = Platonem Cicero vehementer auctorem sequebatur. Platoni proximus honores Aristoteles attigit. Quis ignorat, hunc in dicendo, scribendoque aureo flumini comparatum a Tullio, & jure quidem, ac merito. Quid referam hic Theophrastum, qui quam luculenter, quam laute, quam prorsus Rhetorice Philosophum egerit, ipsum ejus nomen edicit; ex quadam enim loquendi divinitate, græce Teophrastus est dictus. Quid Zenonem, qui licet per crudelem indolentiam lapidescere mortalium corda præciperet, artificio tamen delicate, suaviterque scribendi, stoicum plane stuporem excussit. Quid referam Solonem, Eudoxum, Empedoclem, Aristippum Cyrenensem, aliosque Græcos complures, qui ad vegetandos ingeniorum suorum fœtus, non inane, aut indignum censuerunt humaniores litteraturæ fontes in sacrum Philosophiæ studium deducere, ut & speciem illa habere tantam videretur, quantam Religionem.

Verum cum jam præclarissima Græcæ sapientiæ lumina usque adeo noverimus, non est, quod diutius peregriner ad externa, quin Oratio mea prolixa habeatur. En vobis Lucretius, qui Philosophiam metro complexus est, & perinde quasi parum pulchritudinis soluta præseferret oratio, omnibus Poetarum leporibus

volumen suum excoluit. Mirum quantum jucunditatis infundat illius voluminis lectio, ubi ad modulamen Apollinis, & Musarum Philosophicum argumentum serio ludit Philosophia, & legentium curiositas, reclusis naturæ obstrusioris arcanis, suis dudum tormentis fruitur. Utinam non ille foret Epicuro tam addictus assecla, tam juratus: eo proinde minus erit illi laudis fideique tribuendum, quo ipse Epicuro, atque Epicureis suis plus tribuit. En vobis Cornelius Celsus, qui summa styli munditie lautitiaque, morborum tabem, sordesque pertractat. En alii denique virtute maximi, numero ferme infiniti, quos libens equidem, si per otium vacaret, nunc singulos recenserem: quamquam nec si vacaret recensere forsitan oporteret, audire enim quosdam eloquentiæ nostræ adversarios mihi in aurem insusurantes jam videor. Confitemur ultro profanam sapientiam, quæ dici sapientius posset superba ignorantia, atque stultitia, ex Oratorum thesauris mutuari nonnullum decorem, unde ad hominum ingenium, geniumque se fingat. Illa doctrina, quæ vera sapientia est, & a sui institutoris, atque instituti nomine Theologia vocatur, quam bene, quam sapienter, hujusmodi se calamistris, & adulterino fuco, adulterari non patitur. O malignas, o nigras animas, quas in tam absurda deliramenta, cæcus livor præcipitat! Ita ne vero ab Oratorum concinnitate longe abhorret scientia

sacra, qua nihil fieri nobilius potest, ornatius nihil, nihilque speciosius? Provoco ad sacræ scientiæ Professores doctissimos, & indiscriminatim appello, vel quos Græca, vel quos Latina in Catholicæ Fidei firmamenta formarunt; horum Codices, cum sagaci prudentum lectorum judicio producantur & nostram, opinor, controversiam definient. Præsto sunt Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus, Tertullianus, Nazianzenus, Hieronymus, Basilius, Cyprianus ‘ Chrysologus, Paulinus, aliaque præcipue capita sapientissima, quæ suos acuerunt calamos, in hæresum malignitatem in proterviam vitiorum: rogentur quicumque in hos Cœlestis Doctrinæ torrentes, sua ingurgitaverunt ingenia; rogentur quid sibi sapiat Ambrosii lectio, quid Chrysostomi, quid Augustini, quid Hieronymi, quid Nazianzeni, quid cæterorum, nonne quot sunt uno ore succlamabunt: esse eloquentia sua præstantissimos? Ad tantam auctoritatem si quid accedere potest aliquid ex Historia Divina desumptum accedat. Vulgatum est apud omnes quam mirum in modum Judith illa masculæ fortitudinis mulier, cum sibi faciem cunctis veneribus in exitium Holophernis ornavit adventitia, & fucata pulcritudine, ingenitam, ac nativam evicerit suoque præsignificarit exemplo, vel ipsam venerem generosis, & grandia molientibus animis, fieri posse pudicam & martialem. Sic enim vero suas sibi veneres pudi-

cas, & martiales, sacri Doctores parant, a quibus comptæ orationis decor, ornatusque totus, non ad ludicram speciem, sed ad strenuam pugnam, & insignem victoriam disponuntur. Quid de Pauli nunc Epistolis, & eloquentia, dum nihil pœnitus loqui religio mihi est, ut brevi verborum ductu, vobis delineatam eloquentiam præbeam. Præclara sunt a veteribus tradita litteris, nec a me fugiunt societatum multarum præcepta. Una tantum mecum accedite intentis animis, Academici Sapientissimi. Eleganter Socrates parturientibus ingeniis se obstetricem agere dicebat, semperque laudabiles habiti sunt, qui egregios eruditorum conatus quavis ratione promovere iisdemque opitulari studuerunt. Utcumque autem sæculum feracissimum impleverit Rempublicam literariam voluminibus, quæ in dies prodiere; qui tamen hodie recta rem reputant via, conqueruntur, præter fabularum, ac quisquiliarum vernaculos libros, quæ aurem plebejam captant, mulcentque; præter tot compendia, quibus nunc satis sapere se credunt multi, dum laborem ipsos fontes adeundi subterfugiunt; denique præter illa, quæ faciunt utcumque barbara, & jejuna; præter hæc inquam, paucos eo tunc solidioris elegantiorisque eruditionis libri typis committebantur. Interea tamen hoc non ex eo proveniebat, quod jam excellentium ingeniorum pene affecta esset natura maxime in iis partibus, ubi quondam lon-

ge lateque regnabat eruditio, quemadmodum alibi injuria creditur, verum quia laborabatur impensis, aliisque libros edendi difficultatibus, cum quibus elegantiora studia, illic præsertim conflictabantur. Nunc vero Doctiorum ingenia fatiscunt, non otiantur, & ulteriorem arcanorum reconditioris studii perquisitionem tantum non negligunt, ac abjiciunt, spe alios suis vigiliis juvandi. Hinc ipsæ bonæ litteræ artesque ingenuæ non pallent languentque. Quantum ad vos O. A. attinet, tantam esse institutæ Academiæ vestræ dignitatem, utilitatemque cognosco, ut nec ad naturæ momenta exploranda, nec ad artes præstantissimas numeris omnibus absolvendas quippiam fieri Florentiæ potuerit, aut utilius, aut illustrius. Vestrorum præceptorum memoria me stimulat, ut caveam ne studia litterarum vel minimum intermittam.

Sed redeamus ad prima, & longe felicius imperare eloquentiam noverimus, oratores enim, & imperant, quod amantur, & amantur quod imperant. Optimatum Imperia oratorum imminent: optimorum imperia oratorum suadent, & monent: trahunt illa nolentem, quem ista volentem ducunt; illa obsistendo libertati compellunt, & cogunt; ista obsecundando rationi, edocent, monent, atque movent. Solvitur quis in fatuam nimis lætitiam? velit Eloquentia, modo in tristitiam compressum videbis. Tristatur quis, & vultum ducit gravi dolore? Eloquen-

tia serenante ridebit. Hæc pietatem extundit, hæc exprimit delicias; hæc fœmineæ commiserationis diffluentes in lacrymas venas in virilem constantiam edurat, & sistit, ac pati eventus rerum atrociores docet. O itaque florentissima eloquentium copia! O speciosam eloquentiam! O sermonis venustatem, o dignitatem! Quantam tibi gratiam habere par est universum cœtum Litteratorum! Te omnes doctrinarum Ordines, modo reponere velint officium, amplissime de se meritam, & fateantur, & venerentur oportet; siquidem tu cultores illos frequentes, ac studiosos concilias, atque Gymnasia auditorum corona nobilitas. Quid ni hæc probem? Stylus laudatur a doctis, semperque usui litteræ nobis erunt.

At quoniam ad Oratores attinet ars bene dicendi styli varietatem hic mihi adamussim explicare juvat. Partitur ergo in *simplicem*, *sublimem*, *ac temperatum*. Tertius est ille amplus, copiosus, gravis, ornatus, in quo profecto vis maxima est. Hic est enim cujus ornatum dicendi, & copiam admiratæ gentes, eloquentiam in civitatibus plurimum valere passæ sunt; sed hanc eloquentiam, quæ cursu magno, sonituque ferretur, quam suspicerent omnes, quam admirarentur, hanc se assequi posse diffiderent; Hujus eloquentiæ est tractare animos, hujus omnimodo permovere (1). Est au-

(1) Orat. in usum Delphini num. 28.

tem & quidam interjectus inter hos medius, & quasi temperatus, nec acumine posteriorum, nec fulmine utens superiorum, ut vicinus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps; vel utriusque (si verum quærimus) potius expers. Isque uno tenore, ut ajunt, in dicendo fluit, nihil afferens præter facilitatem, & æquabilitatem (2) Uberius est aliud aliquantoque robustius, quam hoc humile, de quo dictum est; summissius autem, quam illud, de quo jam dicetur, amplissimum... Huic omnia dicendi ornamenta conveniunt, plurimunque est, in hac orationis forma suavitatis (3). Medius hic modus, & translationibus crebrior, & figuris erit jucundior; egressionibus amœnus; compositione aptus, sententiis dulcis, lenior tamen, ut amnis lucidus quidam, & virentibus utrinque sylvis inumbratus (4). Erit igitur eloquens is qui in foro, causisque civilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat. Probare necessitatis est; delectare suavitatis; flectere victoriæ. Sed quot officia Oratoris, tot sunt genera dicendi. Subtile in probando, modicum in delectando, vehemens in flectendo (5). Ad hanc rem plurimum conferre posse videtur, si in quacumque disciplina certus auctor exhiberetur, qui & doctrinæ genere, & facilitate dicendi, & illustri

(2) Idem.
(3) Ibid. num. 27.
(4) Quint. Lib. 12. cap. 10.
(5) Orat. in usum Delphini num. 21.

quadam brevitate studiosis ejus scientiæ tyronibus maxime esset accomodatus; in quo, & quæ explicanda a Doctore essent, domi prævidere, & in Gymnasiis explanatius, Præceptore docente, percipere, & explicata domi repetere, ac recolere, tum vero quoties opus esset, diligenti studio excutere, atque explorare possent. Vidimus enim non raro, quod qui hanc in suis studiis secuti sunt rationem adolescentes, vel quam ipsa ætas ferat, sapientiores evasisse. Majori ad hæc attentione editi typis libri, quam ea quæ discipulis in Schola dictantur, perlegi solent, plurisque ea, quæ publice prodeunt, quam quæ in scholis sonant existimantur.

Facerem insolenter si vos tali vel doctrina, vel natura instructos admonerem, quare facile cedo, vestrorum scriptorum subtilitati, & elegantiæ. Nam quid sit forti, & sapiente homine dignum, quid gravitas, quid altitudo animi, quid studia, quid artes a vobis postulent, vos videbitis. Reliqua videtur esse deliberatio, quod consilium sequamur priscarum societatum idemque sentiamus.

Igitur, Academici Ingeniosissimi & Eloquentiæ studiis deditissimi, ad gustum hujusmodi, sapientiam, ac saporem, ingenia, & studia nostra nos fingimus; locutio nostra, si ad virile robur volumus, ut succrescat, qui eloquentiæ parens fuit, hunc adoptamus. Ad ubera Tullianæ fœcunditatis styli nostri teneritudinem la-

ctamus. Dabit sermonis delicias Seneca, sed alimenta det Tullius; quos alter faciet in eloquio viros, ornabit alter: illud ex utroque simul constabit, ut in Eloquentiæ Regno, & viri eleganter simus, & viriliter elegantes.

Quemadmodum exitum expediam hujus institutæ orationis non reperio. Nulla in re alia nisi in vestro sermone, acquiesco. Sed vos amplius O. A. morari pudet. Hinc multum apud me valebit vestra multis, iisque magnis officiis, mihi perspecta liberalitas; At vereor ne quam de meis studiis expectationem concitastis, hanc sustinere, ac tueri non possim; quare in omni vita res mihi non tam erit ulla proposita, quam ut vos de me optime meritos esse lætari; igitur. Dixi.



(A)

I. *Nota*. Da niuna Accademia d'Italia sono uscite tante belle opere, quanto dall'Accademia Fiorentina nata sotto il Principato di Cosimo I. e madre felicissima di quella della Crusca. I migliori soggetti, che fiorirono nella Toscana, e forse ancor nell'Italia negli ultimi secoli, furono quasi tutti aggregati alla stessa. Ella in particolare fu sempre attenta all'avanzamento della nostra favella; e come a questa diedero i famosi *Dante*, e *Francesco Petrarca* un grandissimo lustro, così l'Accademia Fiorentina, non solo li riguardò come due Padri, e Maestri, ma cercò in ogni tempo di esaltarli, ed illustrarli nelle sue pubbliche, e private adunanze, sì per gratitudine verso loro, sì perchè servissero di modello a suoi presenti, ed a suoi venturi Accademici. Non è qui luogo di tessere il catalogo delle infinite lezioni, che sopra questi due insigni scrittori andarono producendo i Sigg. Accademici antichi Fiorentini come il Varchi, il Gelli, il Giambullari, il Ronsi, Cosimo Bartoli, Angiolo Segni, e cento altri, de' quali se ne può fare il riscontro, sì nelle suddette notizie, sì nella storia della Poesia Italiana del Sig. Canonico Crescimbeni, sì nel catalogo del Sig. Abbate Fontani, sì finalmente nel Giornale de' Letterati d'Italia del Seco-

lo passato diviso in XVIII. tomi in ottavo, quale io leggo attentamente, per averlo presso di me, tra gli scaffali della mia librerietta.

II. *Nota*. Il Crescimbeni uno de' Fondatori, e Custode perpetuo, ne' suoi tempi, dell' Arcadia di Roma ha lasciato alla Repubblica letteraria la Storia di essa Accademia, comparsa alla luce nel 1708. Nel titolo, e nell' ordine egli ha imitato *Giacomo Sanazzarro* chiamato da lui il maestro delle cose pastorali. Divide egli l' opera in sette libri, il di cui succinto ragguaglio, lo danno i giornalisti nel Tomo XIV. dell' opera suddetta. Per non oltrepassare i limiti di una semplice nota, mi compiaccio unicamente di toccare di volo l' Istoria dell' adunanza degli Arcadi e di descrivere le cose singolari, della stanza del serbatojo. Fingesi quivi primieramente, che alcune Ninfe, dal cui nome pastorale si vede essere elleno tutte aggregate fra gli Arcadi per la eccellenza del loro ingegno, e de' loro spiritosi componimenti, capitando al *Bosco Parrasio*, che è il luogo destinato alle generali adunanze, entrarono nel *Serbatojo*, che è la segreteria degli Arcadi, così detto, perchè quivi le leggi, e tutto ciò che riguarda il governo della loro Repubblica si conservano: una delle prime cose, che esse notarono nel Giardino Giustiniani, fu il boschereccio teatro, ove i pastori son soliti ragunarsi la state, per i loro pubblici congressi; e

quivi ammirarono le lapidi sepolcrali, che a famosi pastori defunti sono per legge dell' Accademia a perpetua memoria innalzate. Tra queste vi si distingue per più capi quella di Cristina Regina di Svezia, che gli Arcadi si presero per protettrice, dopo la sua morte l'anno stesso della fondazione dell' Arcadia, che fu il 1690. alli 15. di Ottobre, in occasione che si ragunavano nel Palazzo ove essa abitava. Gentilissimo è il funerale, che celebrano le suddette Ninfe al sepolcro di lei. Quindi entrano nel *Serbatojo* ove da una parte stanno affissi i ritratti de' Pastori acclamati, fra i quali tiene il primo luogo quello del Pontefice Clemente XI. col nome di *Alnano Mello*. Alla parte destra della stanza, stanno due gran tavole di finissimo marmo, contenenti le leggi fondamentali dell' Arcadia, e sopra di essa la Siringa di sette canne, coronata di alloro, e di pino, che è la sua impresa. Vi si vede in un gran quadro dipinta la rogazione delle stesse leggi, fatta pubblicamente ai 20. Maggio 1696. le quali leggi furono in antica lingua latina distese *da Opico Erimanteo*, cioè dal Sig. Abate Gio. Vincenzio Gravina, Napoletano, già Lettore di Giurisprudenza nella Sapienza di Roma, il quale fu uno de' quattordici fondatori dell' Accademia, ivi tutti con lodi convenientissime rammemorati. Nella terza facciata della stanza del Serbatojo sono collocate le imprese delle *Colo-*

nie degli Arcadi in numero di 20. cioè la *Forzata* di Arezzo, l'*Elvia* di Macerata, la *Camaldolese* di Classe, l'*Animosa* di Venezia, la *Renia* di Bologna, l'*Eridania* di Ferrara, la *Fisiocritica* di Siena, l'*Alfea* di Pisa, la *Metaurica* di Urbino, la *Crostolia* di Reggio, la *Sebezia* di Napoli, la *Mariana* dei Padri delle Scuole Pie, la *Rubicona* di Rimini, l'*Isaurica* di Pesaro, la *Caliese* di Cagli, la *Milanese*, la *Ticinia* di Pavia, la *Giulia* di Udine, la *Ligustica* di Genova, la *Veronese*, e l'*Augusta* di Perugia. Queste colonie si governano con le stesse leggi di Arcadia, e si eleggono il loro *Vice Custode*, che viene poi confermato dalla generale adunanza. Si passa alla quarta facciata della stanza, dove sono i Ritratti degli Arcadi illustri dipintivi. Si siegue a narrare dall' Autore tutto ciò che si trova nel *Serbatojo*, e a riferire alcuni componimenti di Pastori, e di Ninfe veramente colti, e gentili. Trattasi eziandio delle corone adoprate dagli Arcadi ne' giuochi Olimpici; il che tutto puó rincontrarsi nella sullodata storia del Canonico Crescimbeni, e nel Giornale dei letterati d'Italia; Tom. XIV. pag. 168.

D. O. M.

FRANCISCVS . FVRIA · FLORENTINVS
GRÆCE . DICENDI . ARTIFEX
QVI
TRACTAT . BIBLIOTHECAM
PERGIT . QVE . DISCIPVLOS . GRÆCANICÆ . VOCIS
AVRÆ . FRAGANTIS . VESTIGIA
ET . QVÆ . IN . GRÆCI . POETÆ . TERMINI . LOCVS
INTELLIGATVR . OSTENDIT
VEL · VT . FABVLA . PRÆ . QVAM . LEPIDA
LATINIS . INTACTA . NOSCATVR
AVT . QVÆ . ENCYCLICA . STVDIORVM
HABEANTVR
IVRE
IN . VNO . ISTO . POTISSIMVM . TOTIVS . VERITATI
NITI . PATROCINIVM . LITERARVM
ACADEMIÆ . NOSTRÆ
VIDETVR
IS . ERGO . QVI
SVMMÆ . OMNIVM . DOCTRINARVM . STVDIOSVS . EST
A. M. A. S.
LAPIDEVM . HOCCE . COMMENTVM
FECIT . ATQVE . EFFECIT
OMNI . OBSEQVIO.



Vita S. Costantii Martyris Episcopi Perusini, ex ea, quae in Ecclesia Perusina inventa sunt & SS. Patrum Testimonio comprobata.

AN. CH. CLXV.
Imp. Marco Aurelio.

D. O. M.

CHRISTI . ATHLETÆ . CONSTANTIO
BARZIORVM . FAMILIA
Opibvs . Et . Generis . Nobilitate . Clara . sva
Episcopo . Pervsino . Electo . Anno . Nat. xxx.
Qvi
Plebem . Svavissimo . Optime . Vitæ . Odore
Et . Divini . Verbi . Pabvlo . Pascebat . Assidvo
Vt . Mvlti . Eivs . Opera . Ad . Christi . Fidem
Se . Convertervnt
Ac . salvtari . Ablvti . Baptismatis . Vnda
Relictis . Idolis . vivvm . & . Vervm . Devm . Colvervnt
Attasiæ . Precibvs . Martyris
Lvmen . Ocvlorvm . Restitvitvr
Crescentio . Item . Eivs . Precibvs
Pedvm . Sanitas . Redditvr
cxx. *Gentiles . Vna . Die . A. S. Constantio . Baptizantvr*
Dvm . M. Antoninvs . Statvit . Christianvm . Nomen
Internecione . Delere
Pervsiam . Lvcivm . Consvlem . Cvm . Potestate
Svmma . Mittit
Et . Constantivs . Vinctvs . ad . Ipsvm . Cosvlem . Dvcitvr
Loris . Cæditvr . In . Thermas . Inclvditvr . Cvm . Aliis
Qvinqvaginta . Fere . in . Christvm . Credent
Interim . Venit . Monticellvm . Vbi . Christi . Milites
Ad . Fvtvra . Certamina . Mirifice . Confirmavit

Nudis . Plantis . Constantius . Super . Carbones
Ambulat . Illæsus
Carceri . Mancipatur . Carceris . Que
Custodes . Convertuntur
Educitur . E . Custodia . Invitus
Presto . Est . Ei . Angelus . Domini
Qui . Plagas . Ei . Cum . Multa . Consolatione . Astersit
Multi . In . Christum . Credunt
Fulgineum . Versus . Trahitur . Constantius
Ibi . Satellites
Cum . Eorum . Fraudes . Et . Verbera . Eluderet
Illi . Furore . Inflammati . Strictis . Gladiis
Iugulum . Eius . Invadunt
(*) *Et . In . Trivio . Non . Procul . Ab . Urbe . Fulgineo*
Sacrum . A . Cervicibus . Caput . Abscindunt
Eoque . Relicto . Abierunt
Levianus . Monetur . Visione . Nocturna
Ut . Constantium . Sepeliat
Eo . Ipso . Irrisores . Constantii . Divinitus . Puniuntur
Et . Utrumque . Oculorum . Sensu . Illico . Privantur
Sed . Tamen . Ipsa . Ira . Dei . Misericordia . Efficitur
Et . Curantur . Contactu . Corporis . Sacri
Item . Alii . Duo . Cæci . Lumen . Recipiunt
Et . Sepulcrum . S. Costantii
Extra . Portam . S. Petri . Positum
Perusiæ . Veneratur
Eiusque . Fama . Et . Gloria
Præclaris . Ibidem . Miraculis
Illustratur
Hæc . Sanctitatis . Insignia
A. M. P. P. P. P. (*)
DE . P. S. E. C.

(*) Imp. M. Aur. An. III. R. S. CLXV. Soteris Ponti An. II. Vedi Plat. pag. 15; Godeau Tom. II. pag. 193.
(*) Adam Mosconi Plagarii Parochus, Patria Perusinus de Pecunia sua erigere curavit.

Nota. *Non convengono gl' Istorici, se nel tempo del martirio di S. Costanzo, fosse Pontefice Sotero, ovvero Pio I. Vero è che il Breviario Romano* 22. *Aprile, pone di Sotero il martirio nel tempo di M. Aurelio. La Storia poi dice-An. di G. C. CLXV. di Pio VIII. di M. Aurelio III. Vedi Godeau Tom. II. vedi la Storia per le Scuole d' Italia pag.* 314. *Lib. VII. nel Num.* 13. *de' Pontefici: Sotero Creato Pontefice* 4. *Maggio an. di C.* 175. *governò* 3. *anni, undici mesi, giorni* 24. *morì a* 17. *di Aprile* 179. *Il Platina finalmente asserisce che Sotero fu creato Pontefice del* 163. *il* 1. *di Maggio, che tenne il Ponteficato* 9. *anni, tre mesi, e* 21. *giorno. Sembra adunque, sulla narrativa di questo scrittore, che nel secondo anno del suo Pontificato, S. Costanzo subisse il martirio: Vedi Platina pag.* 15. *anno di G. C.* 163. *Nel medesimo anno di Cristo* 165. *si annuncia la morte, con il martirio di S. Prassede Vergine Romana e di S. Giustino martire, essendo Prefetto Rustico; peraltro nell' anno di Pio VIII. di Marco Aurelio III. Vedi Godeau ivi.*



ENUMERATIO INSCRIPTIONUM.





Con dispiacere dell' umile Autore, in questo Libro come in tanti altri s' incontrano alcuni errori, ed in qualche piccolo numero di virgole, e dittonghi, più che di parole: ciò per innavvertenza, nel comporre ec. Si aggiunge perciò la seguente Errata *con la correzione, per il rispetto che si dee al sapiente giudizio del Pubblico, e per l' esattezza del lavoro di stampa.*

Pag.	Lin.	ERRATA	CORRIGE
6	15	predico	prædico
12	31	Hesperiuum	Hesperium
15	2	Plagiarii	Plagarii
	30	pradictæ	prædictæ
55	1	predicationis	prædicationis
60	10	preclaro	præclaro
65	12	Placarii	Plagarii
70	7	Amaenus	Amoenus
72	14	auseram	Ausus eram
	25	Sermocinemus	Sermocinemur
77	19	VIII Nonis	Nonis
79	15	octuoginta	octoginta
84	1	Cesarei	Cæsarei
	3	CESAREI	CÆSAREI
94	13	faetu	foetu
101	1	maeroris	moeroris
102	6	Saninis	Sanguinis
103	7	premia	praemia
104	6	Grandevi	Grandaevi
105	2	Amaeni	Amoeni
108	3	heret	haeret
117	20	predicatur	prædicatur
120	11	predicationem	prædicationem
146	4	Cathedre	Cathedræ
158	8	preclarissimis	præclarissimis
169	5	Mani	Mami
170	11	moeesta	moesta
176	16	Amaenitatibus	amoenitatibus
183	16	Saede	S. Aede
215	14	predicationis	prædicationis
231	12	plurimunque	plurimumque

VIDIT

Silvester Prior Sodi Revisor pro Illmo & Rmo Episcopo Fulginiæ.

VISTO

Per l'Apostolica Delegazione di Perugia li 25. Marzo 1825.

D. Vincenzo Bini Ab. Cassinense.

IMPRIMATUR.

Fr. Ludovicus Puccinelli Vicarius S. Officii Fulginiæ.



